biplumata. 7. A. scapo vaginato, spatha cucullata, petalis duobus inferioribus elongatis superiore latere barbatis. *Suppl. p.* 405. *Smith pl. ic. ined.* 1. *t.* 23.

racemosa. 8. A. radice tuberosa bipartita, foliis radicalibus ovatis nervosis, scapo subnudo, floribus racemosis alternis, pedicellatis. *Walt. flor. carol. p.* 222.

spicata. 9. A. radice tuberosa, scapo aphyllo, floribus sessilibus alternis spicatis. *Walt. flor. carol. p.* 222.

foliosa. 10. A. radice bulbosa, caule folioso unifloro, foliis alternis nervosis, capsula sexangulari. *Walt. flor. carol. p.* 223.

CRANICHIS. *Nectarium* galeatum.

aphylla. 1. Cr. bulbis fasciculatis teretibus acutis, scapo subnudo, petalis conniventibus. *Swartz nov. pl. gen. & sp. p.* 120.

nutans. 34. E. caule simplici, foliis ovato-lanceolatis enerviis amplexi-caulibus, spica terminali nutante: labio nectarii trilobo; intermedio tridentato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 121.

graminoides. 35. E. caule compresso multifloro, foliis undique imbricatis distichis remotis linearibus, pedunculis longioribus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 125.

vomeriforme. 36. E. foliis bulbo innatis ovato-acuminatis convexis canaliculatis subtus triquetris, pedunculis axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 124.

vestitum. 37. E. caule aphyllo undique vaginis imbricato teretiusculo bulbifero, folio bulbis innato, floribus confertis e vaginis caulinis. *Swarts nov. plant. gen. & sp. p.* 124.

proliferum. 38. E. foliis distichis subimbricatis ovatis, bulbis e vaginis foliorum, diphyllis, floribus axillaribus sessilibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 124.

glacocum. 39. E. caule compresso erectiusculo multifloro, foliis undique imbricatis distichis lato-lanceolatis glaberrimis subtus glaucis, capsulis nudis. *Swarts nov. pl. gen. & spec. p.* 124.

triste. 76. E. foliis teretibus cylindricis inanibus, pedunculis oppositifoliis corymbosis, nectarii labio integro spatulato-cordato. *Forst. fl. austr. p.* 60.

crispatum. 77. E. foliis caulinis teretibus filiformibus subincurvis inanibus sessilibus, racemo simplicissimo, nectarii labio lacinia media revoluta undulato-crenata. *Forst. fl. austr. p.* 60.

equitans. 78. E. foliis ensiformibus compressis carinatis equitantibus acuminatis, scapo nudo, racemo spicato nutante filiformi. *Forst. fl. austr. p.* 60.

Myosuros. 79. E. foliis basi vaginantibus oblique divaricatis linearibus obtusis canaliculatis, scapo nudo, racemo spicato nutante filiformi. *Forst. fl. austr. p.* 60.

biflorum. 80. E. foliis distichis lineari-lanceolatis acutis, pedunculis bifloris solitariis, nectarii labio trifido acuminato. *Forst. fl. austr. p.* 60.

auctumnale. 81. E. foliis caulinis lanceolatis nervosis confertis vaginantibus, pedunculis terminalibus squamatis paniculatis, nectarii labio erecto retuso. *Forst. fl. austr. p.* 60.

resupinatum. 82. E. foliis caulinis petiolatis ovatis acuminatis integerrimis plicato-carinatis, racemo simplici spicato: floribus resupinatis; nectarii labio dentato. *Rheed. h. mal.* 12. *t.* 27.

12. E.

ciliare. 12. E. foliis oblongis aveniis, nectarii labio tripartito ciliato: intermedia lineari; caule bifolio. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 209.

nocturnum. 13. E. foliis oblongis aveniis, nectarii labio tripartito integerrimo: intermedia lineari, caule multifolio. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 210.

cucullatum. 14. foliis subulatis, scapo unifloro, nectarii labio ovato ciliato acuminato, petalis elongatis. *Plum. ic.* 179. *f.* 1.

umbelliferum. 40. E. caule simplici, foliis ovatis emarginatis amplexicaulibus aveniis, floribus terminalibus umbellatis. *Jacq. stirp. amer. t.* 136?

anceps. 41. E. foliis cordato-lanceolatis amplexicaulibus horizontalibus, racemo terminali compresso ancipiti subflexuoso: floribus distichis; petalis interioribus capillaribus, labio trilobo. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 121.

rigidum. 42. E. foliis oblongis obtusis vaginantibus, racemo compresso terminali ancipiti: floribus distichis spathas superantibus, labio integro cordato-ovato acuto. *Jacq. stirp. am. t.* 134.

diffusum. 43. E. foliis oblongis amplexicaulibus, caule ancipiti, panicula terminali ramosissima diffusa: labio integro acuminato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 121.

montanum. 44. E. foliis lanceolatis planis recurvis patentibus submembranaceis, racemo terminali simplici: floribus secundis; labio trifido. *Swarts nov. pl. gen. & spec. p.* 121.

serrulatum. 45. E. caulibus aggregatis subdiphyllis, foliis lanceolatis carinatis serrulatis, racemo terminali: floribus distichis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 121.

teretifolium. 46. E. foliis semiteretibus, caule unifloro, labio apice triquetro. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 121.

globosum. 47. E. foliis teretibus canaliculatis, floribus terminalibus subsolitariis: labio ovato acuto, capsulis globosis. *Jacq. stirp. am. t.* 133. *f.* 1.

*** *caule repente.*

teres. 15. E. caule vaginato decumbente, foliis teretibus. *Thunb. fl. jap. p.* 30.

sertularioides. 48. E. caule filiformi articulato, foliis lanceolatis, pedunculis unifloris e vaginis radicalibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 122.

testæfolium. 49. E. foliis incumbentibus ellipticis convexo-concavis carinatis, floribus sub foliis sessilibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 122.

polybulbon. 50. E. caule bulbifero, bulbis diphyllis unifloris, flore pedunculato: labio cordato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 124.

echinocarpon. 51. E. caule compresso decumbente unifloro, foliis undique imbricatis distichis ovatis, capsulis muricatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 124.

trichocarpon. 52. E. caule compresso tereti radicante, foliis undique imbricatis distichis linearibus, capsulis tomentosis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 124.

umbellatum. 83. E. stolonibus repentibus, foliis ovalibus carnosis petiolatis: petiolis infixis apophysibus ovato-angulosis, scapo radiato, umbella simplici unilaterali: petalis infimis elongatis. *Forst. fl. austr. p.* 61.

elongatum. 91. E. caulibus teretibus erectis foliosis, foliis integerrimis patentissimis, floribus spicatis terminalibus sessilibus *Jacq. collect.* 3. *p.* 260.

**** *scapo nudo, foliis radicalibus.*

nodosum. 16. E. folio unico subradicali, spadice subquadriflora. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 213.

angustifolium. 53. E. folio lineari bulbo innato, scapo paniculato. *Swarts nov. pl. gen. & sp.* 123.

fragrans. 54. E. folio lato-lanceolato enervi bulbo innato, scapo multifloro abbreviato, labio cordato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

Clypeolus. 84. E. folio radicali subrotundo-cordato basi cucullato apice reflexo acuto, scapo erectiusculo racemoso, nectarii labio orbiculato emarginato maximo. *Forst. fl. austr. p.* 61.

Fasciola. 85. E. foliis radicantibus parasiticis fasciculatis linearibus undulatis, scapis pluribus racemosis, nectarii labio calceiformi calcarato. *Forst. fl. austr. p.* 60.

sanguineum. 55. E. foliis geminis oblongis bulbo innatis scapo multifloro subflexuoso, labio subrotundo undulato emarginato, cornu adnato. *Sloan. hist. jam.* 1. *p.* 121. *f.* 2.

palmifolium. 56. E. foliis lato-lanceolatis nervosis membranaceis bulbo innatis, pedunculis radicalibus vaginatis multifloris, nectario cymbiformi integro reflexo. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

altissimum. 57. E. foliis lanceolatis bulbis innatis, scapo ramosissimo sarmentoso, petalis oblongo-lanceolatis acutis, labio obcordato longioribus. *Jacq. stirp. am. t.* 141.

labiatum. 58. E. foliis oblongis, bulbo medio solitario monophyllo, scapis paucifloris, labio oblongo corpusculo carnoso superne adnato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 124.

undulatum. 59. E. foliis ellipticis acutis, scapo sarmentoso ramosissimo, petalis ovatis unguiculatis obtusis, labio dilatato emarginato undulato. *Plum. ic.* 178. *f.* 3. *Jacq. stirp. am. t.* 133. *f.* 4?

variegatum. 60. E. foliis lanceolatis carinatis canaliculatis margine cartilagineo-serratis: vaginis imbricatis, racemo simplici, labio cruciato bilobo. *Jacq. am. stirp. t.* 132?

utricularioides. 61. E. foliis lanceolatis lineatis planis, scapo paniculato, labio magno cordato, cornu brevissimo. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 122.

triquetrum. 62. E. foliis triquetris cultratis apice compressis lanceolatis acutis, scapo simplici, labio cordato-ovato: lateribus emarginatis. *Swarts n. gen. & sp. pl. p.* 122.

sessile. 63. E. foliis basi compressis superne latioribus lanceolato-linearibus obtusis aveniis, pedunculis radicalibus brevissimis unifloris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 122.

flabelliforme. 64. E. foliis basi compressis superne dilatatis ovato-lanceolatis acutis planis nervosis; pedunculis unifloris elongatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

subulatum. 65. E. foliis subulatis sulcatis, pedunculis vaginatis radicalibus multifloris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

satyrioides. 62. E. foliis subulato-teretibus, scapo paucifloro, corollis anterius basi ventricosis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

tribuloides. 63. E. foliis petiolatis lanceolatis obtusis emarginatis, pedunculis brevissimis, capsulis globosis echinatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

corniculatum. 64. E. foliis petiolatis cuneatis oblongis, pedunculis radicalibus unifloris, corollis acuminatis curvis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

Lanceola. 65. E. foliis petiolatis lanceolatis, pedunculis ex vaginis radicalibus bifloris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 123.

tetrapetalum. 86. E. foliis subulatis carinatis, racemo simplici: corollis subtetrapetalis. *Jacq. stirp. amer. p.* 280. *t.* 142.

minutum. 87. E. foliis lanceolatis trinerviis, racemo composito, floribus minutis. *Burm. amer. p.* 180. *t.* 185. *f.* 1.

bifidum. 88. E. foliis lanceolatis aveniis, petalis oblongis, nectarii labio reniformi bifido. *Burm. amer. p.* 181. *t.* 186. *f.* 1.

maculatum. 89. E. foliis lanceolatis carinatis, petalis reniformibus undatis maculatis, nectarii labio glabro. *Burm. amer. p.* 173. *t.* 178. *f.* 2.

minimum. 90. E. foliis lanceolatis scapum æquantibus. *Sloan. hist. jam.* 1. *p.* 251. *t.* 148. *f.* 3.

carinatum. 17. E. foliis oblongis obtusis compressis articulatis. *Pet. gaz. t.* 44. *f.* 10.

aloifolium. 18. E. foliis radicalibus oblongis obtusis superne latioribus. *Rheed. h. malab.* 12. *t.* 8.

guttatum. 19. E. foliis radicalibus lanceolatis canaliculatis, petalis cuneiformibus retusis. *Sloan. jam.* 1. *t.* 148. *f.* 2.

juncifolium. 20. E. foliis subulatis sulcatis, scapo petalisque punctatis, labio immaculato dilatato. *Plum. ic.* 184. *f.* 2.

scriptum. 21. E. foliis ovato-oblongis, trinerviis, floribus recemosis maculatis. *Rumpf amb.* 6. *t.* 42.

retusum. 22. E. foliis radicalibus linearibus apice bifariam retusis, floribus racemosis maculatis. *Rheed. h. malab.* 13. *t.* 1.

amabile. 23. E. foliis radicalibus lato-lanceolatis aveniis, petalis lateralibus orbiculatis. *Rumpf amb.* 6. *t.* 43.

cochleatum. 24. E. foliis oblongis geminis glabris striatis bulbo innatis, scapo multifloro, nectario cordato. *Catesb. car.* 2. *t.* 88. *Jacq. collect.* 3. *p.* 214.

tuberosum. 25. E. foliis lato-lanceolatis nervosis membranaceis bulbo innatis, scapo vaginato, nectario cymbiformi bifido. *Plum. ic.* 186. *f.* 2.

pusillum. 26. E. foliis ensiformibus subcarnosis, scapo paucifloro. *Mant. p.* 491.

capense. 27. E. foliis imbricatis bifariis linearibus obtusis, floribus secundis: cornu longissimo. *Suppl. p.* 407.

moniliforme. 28. E. caule tereti articulato striato moniliformi nudo simplicissimo, foliis linearibus acutis. *Kaempf. amœn. ex. t.* 864.

***** *caule unifolio.*

ophioglossoides. 29. E. folio oblongo, floribus racemosis secundis trigonis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 211.

ruscifolium. 30. E. floribus in sinu folii aggregatis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 212.

graminifolium. 31. E. caule unifolio, floribus e sinu folii geminis. *Plum. ic.* 176. *f.* 1.

micranthum. 66. E. folio lato-lanceolato, racemo longissimo filiformi, floribus secundis subrotundis hexagonis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 125.

racemiflorum. 67. E. folio ovato, racemo foliis longiore, floribus secundis: petalis interioribus ovatis *Swarts nov. pl. & sp. p.* 125.

alpestre. 68. E. folio ovato-lanceolato, racemis laxis, capsularum carinis muricatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 125.

laxum. 69. E. folio oblongo, racemo longitudine foliorum, petalis interioribus subulatis, labio ovato, capsulis nudis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 125.

ovale. 70. E. folio ovato-acuminato, racemo adpresso multifloro, petalis subrotundis: interioribus anterius basi remotis, capsulis pedicellatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 125.

pulchellum. 71. E. folio subrotundo-acuto, racemo laxo paucifloro, petalis acuminatis ciliatis: interioris apice decussatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 125.

tridentatum. 72. E. folio ovato-acuto apice tridentato, racemo multifloro, floribus triquetris acuminatis, petalis nectari erectis incurvis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 125

cochleariifolium. 73. E. folio orbiculato convexo concavo, racemo paucifloro. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 126.

****** *Aphylla.*

funale. 74. E. filiforme radicans pedunculo bifloro, labio bilobo, cornu longissimo subulato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 126.

filiforme. 75. E. filiforme radicans, pedunculis subtrifloris, labio ovato, cornu brevissimo apice capitato. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 126.

1424. FORSTERA. *Cal.* duplex : *exterior* inferus 3phyllus, *interior* superus 6fidus. *Cor.* tubulosa. *Bacca* infera, 1locularis, 1-sperma.

sedifolia. 1. FORSTERA. *Suppl. p.* 407. *Forster n. act. Ups.* 3. *t.* 9. *Gaertn. de fr. & sem. cent* 2. *t.* 28. *f.* 6.

1037. ANGURIA. ♂. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5petala. ♀. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5petala. *Pomum* inferum 2loculare, polyspermum.

trilobata. 1. A. foliis trilobis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 234.
pedata. 2. A. foliis pedatis serratis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 233.
trifoliata. 3. A. foliis ternatis integerrimis. *Plum. amer. t.* 99.

1038. LEMNA. ♂. *Cal.* 1phyllus. *Cor.* o. ♀. *Cal.* 1phyllus. *Cor.* o. *Stilus* 1. *Caps.* 1-2locularis, 1-2-sperma.

trisulca. 1. L. foliis petiolatis lanceolatis. *Mich. n. plant. gen.* 16. *t.* 11. *f.* 5.
minor. 2. L. foliis sessilibus utrinque planiusculis, radicibus solitariis. *Blackw. herb. t.* 380. *nonne cum reliquis speciebus ad cryptogamos releganda, quibus quippe omnibus vere semina deesse videntur?*
gibba. 3. L. foliis sessilibus subtus hemisphæricis, radicibus solitariis. *Mich. n. pl. gen.* 16. *t.* 11. *f.* 2.
polyrhiza. 4. L. foliis sessilibus, radicibus confertis. *Mich. n. gen. pl.* 16. *t.* 11. *f.* 1.
arhiza. 5. L. foliis geminis eradicatis. *Mant.* 294. *Mich. n. pl. gen.* 16. *t.* 11. *f.* 4. *an merum polyrhizæ rudimentum?*

COSARIA. *Cal.* communis 1phyllus, carnofus 10fidus. *Receptaculum* planum. *Flores* conferti.
♂. *Cor.* conico-truncata. *Filam.* corolla longiora.
♀. *Cor.* conico-truncata claufa. *Stigma* acutum. *Bacca. Sem.* ovato-trigona.

Forskählii. 1. COSARIA. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 164.

1099. CECROPIA. ♂. *Spatha* caduca. *Amenta* imbricata fquamis turbinatis fubtetragonis. *Cor.* 0.
♀. *Germina* imbricata. *Stilus* 1. *Stigma* lacerum. *Bacca* 1fperma: reliqua ut in ♂.

peltata. 1. CECROPIA. *Mant.* 499. *Jacq. ftirp. amer. pict. t.* 262. *f.* 66.

OMPHALEA. *Flores* monoici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 4phyllus. *Anther.* apice columnæ infidentes.
♀. *Cal.* 5phyllus. *Stigm.* 3fidum. *Capf.* carnofa, 3locularis.

axillaris. 1. O. racemis axillaribus, foliis diftichis acuminatis nitidis: petiolis breviffimis, ftipulis mucronatis, caule fruticofo. *Swarts nov. pl. gen. & fp. p.* 95.

cauliflora. 2. O. racemis caulinis bafi fquamofis, foliis diftichis oblongis acutis nitidis, caule arborefcente. *Swarts nov. pl. gen. & fp. p.* 95.

cordata. 3. O. racemis compofitis foliofis terminalibus, foliis fparfis cordatis fubtus villofis bafi biglandulofis, caule fcandente. *Syft. nat.* XII. 3. *p.* 619. O. diandra. *Aubl. pl. guj.* 2. *t.* 328.

nucifera. 4. O. racemis compositis foliosis terminalibus, foliis sparsis oblongis glaberrimis basi biglandulosis, caule arboreo. *Syst. nat.* XII. 3. p. 619. Omphalea triandra. *Brown jam. t.* 22. *f.* 4.

1098. SALIX. *Amenti* squamæ 1floræ. *Cor.* o.
♂. *Glandula* baseos nectarifera.
♀. *Stilus* 2fidus. *Caps.* 1locularis, 2valvis. *Sem.* pappofa.

* *foliis glabris.*
† *serratis.*

monandra. 1. S. foliis lineari-lanceolatis: superioribus obliquis, amentis tomentosis, floribus monandris. *Hoffmann salic.* 1. *p.* 18. *t.* 1. *f.* 1. 2. & *t.* 5. *f.* 1. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 648. *n.* 10. & 11. Salix purpurea & Helix.

hermaphrodita. 2. S. floribus hermaphroditis diandris.

triandra. 3. S. Salix foliis oblongo-lanceolatis, floribus triandris. *Hoffm. salic.* 1. *t.* 9. 10. *f.* 1-4.

pentandra. 4. S. foliis ovatis acutis, floribus pentandris. *Gmel. fl. sib.* 1. *t.* 34. *f.* 1.

antifebrilis. 40. S. foliis lineari-lanceolatis subpetiolatis. *Schoepf mat. med. amer. p.* 47.

phylitifolia. 5. S. foliis lanceolatis: crenis undatis. *Fl. lapp. t.* 8. *f.* C. D.

japonica. 6. S. foliis lanceolatis subtus glaucis, junioribus villosis. *Thunb. fl. jap. p.* 24.

vitellina. 7. S. foliis ovato-lanceolatis acutis supra glabris: serraturis cartilagineis. *Hoffm. sal.* 1. *t.* 11. 12. *f.* 1-3.

amygdalina. 8. S. foliis lanceolatis petiolatis, stipulis trapeziformibus.

hastata. 9. S. foliis subovatis acutis sessilibus, stipulis subcordatis. *Fl. lapp. t.* 8. *f.* G.

ægyptiaca. 10. S. foliis subserratis lanceolato-ovatis nudis venosis: petiolis simplicibus exstipulatis. *Prosp. Alp. ægypt. t.* 62.

fragilis. 11. S. foliis ovato-lanceolatis: petiolis dentato-glandulosis. *Fl. lapp. t.* 8. *f.* B.

Babyloni-ca. 12. S. foliis lineari-lanceolatis, ramis pendulis. *S. G. Gmel. it.* 3. *t.* 34. *f.* 2.

myrsinites. 13. S. foliis ovatis subdiaphanis, *Hoffm. sal.* 1. t. 17-19. *f.* 1-5. *t.* 24. *f.* 2.

Arbuscula. 14. S. foliis subserratis subdiaphanis subtus glaucis, caule suffruticoso. *Jacq. fl. austr.* 5. *t.* 405.

herbacea. 15. S. foliis orbiculatis. *Fl. dan. t.* 117. *Hoffm. sal.* 1. *t.* 20. *f.* 1-4.

retusa. 16. S. foliis subserratis obovatis obtusissimis. *Bocc. mus.* 2. *t.* 1.

† † *integerrimis.*

reticulata. 17. S. foliis ovatis obtusis. *Flor. dan. t.* 212.

myrtilloides. 18. S. foliis integris ovatis acutis. *Fl. lapp. t.* 8. *f.* K.

integra. 19. S. foliis integris lineari-oblongis obtusis. *Thunb. fl. japp. p.* 24.

glauca. 22. S. foliis subtus tenuissime villosis ovato-oblongis. *Fl. lapp. t.* 7. *f.* 5. & *t.* 8. *f.* P.

fissa. 20. S. foliis integris oblongo-lanceolatis acuminatis. *Hoffm. salic.* 1. *t.* 13. 14. *f.* 1-4.

chilensis. 21. S. foliis integerrimis lanceolatis acuminatis. *Molin. hist. nat. Chil. p.* 145. *vannifera.*

* * *villosis.*
† *integerrimis.*

aurita. 23. S. foliis utrinque villosis obovatis appendiculatis. *Hoffm. salic.* 1. *p.* 30. *t.* 4. *f.* 1. 2. & *t.* 5. *f.* 3.

lanata. 24. S. foliis utrinque lanatis subrotundis acutis. *Fl. lapp. t.* 7. *f.* 7. & *t.* 8. *f.* N. & X.

lapponum. 25. S. foliis hirsutis lanceolatis. *Fl. lapp. t.* 8. *f.* T.

arenaria. 26. S. foliis integris ovatis acutis supra subvillosis, subtus tomentosis. *Flor. dan.* t. 197.

incubacea. 27. S. foliis lanceolatis: subtus villosis nitidis, stipulis ovatis acutis.

depressa. 28. S. foliis ovato-oblongis supra glabris subtus sericeis; *Hoffm. sal.* 1. *t.* 15. 16. *f.* 1-4. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 649. *n.* 25? Salix repens.

fusca. 29. S. foliis ovatis subtus pubescentibus. *Jacquin fl. austr.* 5. *t.* 409. *an forsan cum* 3 *mox praecedentibus mera ejusdem speciei varietas?*

rosmarinifolia. 30. S. procumbens foliis lanceolato-linearibus strictis subsessilibus subtus tomentosis. *Lobel. ic.* 2. *p.* 137.

nitida. 31. S. foliis integris ovatis obtusis mucronatis utrinque subvillosis. *S. G. Gmel. it.* 3. *t.* 28. *nonne eadem cum aegyptiaca?*

serotina. 32. S. foliis ovato-lanceolatis subtus venosissimis incanis. *Pall. it.* 3. *p.* 759. *t.* N.

†† *subserratis.*

acuminata. 33. S. foliis ovato-oblongis subtus tomentosis: superioribus integris: inferioribus crenatis. *Hoffm. salic.* 1. *t.* 6. *f.* 1. 2.

Caprea. 34. S. foliis ovatis rugosis subtus tomentosis undatis superne denticulatis. *Hoffm. sal.* 1. *p.* 25. *t.* 3. *f.* 1. 2. & *t.* 5. *f.* 4.

viminalis. 35. S. foliis lanceolato-linearibus longissimis acutis subtus sericeis, ramis virgatis. *Hoffm. sal.* 1. *t.* 2. *f.* 1. 2. & *t.* 5. *f.* 2.

cinerea. 36. S. foliis oblongo-ovatis subtus subvillosis, stipulis dimidiato-cordatis.

alba. 37. S. foliis lanceolatis acuminatis serratis utrinque pubescentibus: serraturis infimis glandulosis. *Blackw. herb. t.* 327. *Hoffm. sal.* 1. *t.* 7. 8. *f.* 1. 2.

excelsa. 38. S. foliis sessilibus ovato-oblongis acuminatis subtus villosis: inferioribus integris. *S. G. Gmelin it.* 3. *t.* 34. *f.* 1.

berberifolia. 39. S. foliis ovatis rigidis reticulato-venosis serrato-dentatis. *Pall. it.* 3. *p.* 759. *t.* Kk. *f.* 7.

flava. 41. S. foliis lanceolatis acutis petiolatis supra pubescentibus subtus tomentosis glaucis. *Schoepf mat. med. amer. p.* 147.

tristis. 42. S. exstipulata, foliis lineari-lanceolatis petiolatis rugosis, subtus tomentosis. *Ait. hort. Kew.* 3. *p.* 393.

1160. **FRAXINUS.** *Cal.* o. ſ. 4partitus. *Cor.* o. ſ. 4petala.
♀. *Sem.* 1. lanceolatum.
♀. *Piſt.* 1. lanceolatum. *Capſ.* 2locularis, ſuperne foliaceo-compreſſa. *Semina* pauca pendula.

excelſior. 1. Fr. foliolis ſerratis, floribus apetalis. *Regnault bot. t.* 324.

Ornus. 2. Fr. foliolis ſerratis, floribus corollatis. *Mill. illuſtr. ic. Regn. bot. t.* 418.

rotundifolia. 3. Fr. foliolis ovalibus crenatis undulatis. *Moench Weiſſenſt. p.* 42.

integrifolia. 4. Fr. foliolis integerrimis ovatis acuminatis. *Moench Weiſſenſt. p.* 43.

americana. 5. Fr. foliolis integerrimis : petiolis teretibus. *Catesb. Car.* 1. *t.* 80.

novæ Angliæ. 6. Fr. foliolis ovato-oblongis acuminatis anterius crenatis. *Moench Weiſſenſt. p.* 43.

pubeſcens. 7. Fr. foliolis ovato-lanceolatis apicem verſus obtuſe crenatis ſubtus pubeſcentibus, floribus apetalis. *Walt. flor. carol. p.* 254.

DIGYNIA.

42. **ANTHOXANTHUM.** *Cal.* Gluma 2valvis, 1flora. *Cor.* Gluma 2valvis, acuminata. *Sem.* 1.

aculeatum. 1. A. ſpicis ſubgloboſis : involucro foliaceo brevi mucronato. *Suppl. p.* 89. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 80. *n.* 2. Schoenus aculeatus. *Jacq. fl. auſtr.* 1. *t.* 7. Phleum ſchoenoides. *an diſtincti generis?*

odoratum. 2. A. ſpica oblonga ovata : floſculis ſubpedunculatis ariſta longioribus. *Flor. dan. t.* 666.

indicum. 3. A. ſpica lineari : floſculis ſeſſilibus ariſta brevioribus; *an potius agreſtis?*

avenaceum. 4. A. ſpica ſecunda : calicibus piloſis floſculiſque ariſta longa torta geniculata. *Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 8. *n.* 5.

crinitum. 5. A. panicula ſpicaformi cylindrica ariſtata : ariſtis longis patentibus laxis. *Suppl. p.* 90.

paniculatum. 6. A. floribus paniculatis. *Rudb. elyſ.* 1. *f.* 14. β) Anthoxanthum giganteum. *Walter flor. carol. p.* 65.

1272. GUNNERA. *Amentum* ſquamis 1floris. *Cal.* 0. *Car.* 0. *Germen* 2dentatum. *Sem.* 1.

perpenſa. 1. GUNNERA. *Mant. p.* 121. *Pluckn. alm. t.* 18. *f.* 2.

MISANDRA. *Flores* dioici in ſcapis racemoſis terminales. *Cal.* 0. *Cor.* 0.
♂. *Anther.* 4gonæ, 2bracteatæ.
♀. Gemini. *Germ.* apice marginat. *Capſ.* ſubbaccata, 2valvis, 2ſperma.

magellanica. 1. MISANDRA. *Juſſieu gen. plant. p.* 405.

TRIGYNIA.

43. PIPER. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Bacca* 1ſperma.

nigrum. 1. P. foliis ovatis ſubſeptemnerviis glabris : petiolis ſimpliciſſimis. *Mill. illuſtr. ic.*

Betel. 2. P. foliis oblongiuſculis acuminatis ſeptemnerviis : petiolis bidentatis. *Burm. fl zeyl. t.* 82. *f.* 2.

Malamiri. 3. P. foliis ovatis acutiuſculis ſubtus ſcabris : nervis quinque ſubtus elevatis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 116. *f.* 2.

Amalago. 4. P. foliis lanceolato-ovatis quinquenerviis rugoſis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 116. *f.* 1.

Siriboa. 5. P. foliis inæqualiter cordatis ſubſeptemnerviis venoſis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 117. *f.* 2.

longum. 6. P. foliis cordatis petiolatis sessilibusque. *Blackw. herb. t.* 376.

decumanum. 7. P. foliis cordatis novemnerviis reticulatis. *Rumpf amb.* 5. t. 27.

medium. 8. P. foliis ovato acuminatis subquinquenerviis integerrimis glabris petiolatis, spicis solitariis pedunculatis oppositifoliis. *Jacq. coll.* 1. *p.* 141.

reticulatum. 9. P. foliis cordatis septemnerviis reticulatis. *Plum. amer.* *t.* 75.

aduncum. 10. P. foliis ovato-lanceolatis: nervis alternis, spicis uncinatis. *Plum. amer.* *t.* 77.

pellucidum. 11. P. foliis cordatis petiolatis, caule herbaceo. *Plum. amer.* *t.* 72.

acuminatum. 12. P. foliis lanceolato-ovatis nervosis carnosis. *Plum. amer.* *t.* 71.

Cubeba. 13. P. foliis oblique ovatis s. oblongis venosis acutis, spica solitaria pedunculata oppositifolia, fructibus pedicellatis. *Suppl.* *p.* 90. *Inde* Cubebæ *officinarum*.

capense. 14. P. foliis ovatis nervosis acuminatis: nervis villosis. *Suppl.* *p.* 90.

blandum. 48. P. foliis lanceolatis integerrimis subtrinerviis, spicis filiformibus erectiusculis: axillaribus solitariis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 211.

magnoliæfolium. 49. P. foliis obovatis petiolatis nitentibus, pedunculis terminalibus cauleque fruticoso ramosis. *Jacq. coll.* 3. *p.* 210.

clusiæfolium. 50. P. foliis obovatis integerrimis subsessilibus, spica terminali erecta solitaria. *Jacq. coll.* 3. *p.* 209.

retusum. 15. P. foliis obovatis retusis. *Suppl.* *p.* 91.

latifolium. 16. P. foliis cordatis multinerviis petiolatis, spicis axillaribus pedunculatis plurimis. *Suppl.* *p.* 91.

obtusifolium. 17. P. foliis ovatis enerviis, spicis terminalibus sessilibus. *Plum. amer.* *t.* 70.

rotundifolium. 18. P. foliis orbiculatis solitariis carnosis. *Plum. amer.* *t.* 69.

maculosum. 19. P. foliis peltatis ovatis, *Plum. amer.* *t.* 66.

Piperis *species*, *imprimis* Sanfuri Plumieri, *in solo natali examinandæ, ut appareat utrum differant a reliquis in partibus fructificationis*.

peltatum. 20. P. foliis peltatis orbiculato-cordatis obtusis repandis, spicis umbellatis. *Plum. amer. t.* 74.

distachyon. 21. P. foliis ovatis, spicis conjugatis. *Plum. amer. t.* 67.

umbellatum. 22. P. foliis cordatis subrotundis acutis venosis, spicis umbellatis. *Plum. amer. t.* 73.

trifolium. 23. P. foliis ternis subrotundis. *Plum. amer. t.* 68.

quadrifolium. 24. P. foliis quaternis cuneiformibus sessilibus. *Plum. ic. t.* 242. *f.* 2.

reflexum. 25. P. foliis quaternis ovatis obtusis reflexis, caule sulcato. *Suppl. p.* 91.

pulchellum. 51. P. foliis quaternis subsessilibus oblongis enerviis integerrimis, spicis terminalibus. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 50.

verticillatum. 26. P. foliis verticillatis ovatis trinerviis.

methysticum. 27. P. foliis cordatis multinerviis petiolatis, spicis axillaribus pedunculatis plurimis. *Suppl. p.* 91. *Banks t.* 3.

discolor. 28. P. foliis lato-ovatis quinquenerviis glaberrimis posterius discoloribus, spicis laxioribus: floribus remotioribus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

macrophyllum. 29. P. foliis oblongis acuminatis obliquis multinerviis glabris: petiolis appendiculatis caule lævi. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

geniculatum. 30. P. foliis oblongis acuminatis obliquis multinerviis glabris, caule ramisque geniculatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

verrucosum. 31. P. arborescens, foliis oblongis acuminatis obliquis multinerviis glabris coriaceis, caule ramisque verrucosis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

hispidum. 32. P. foliis ovatis acuminatis obliquis hirsutis rugosis: nervis alternis, spicis erectis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

nitidum. 33. P. foliis lanceolato-ovatis basi obliquis glabris nitidis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

alpinum. 34. P. herbaceum, caule erecto simpliciusculo, foliis ovato-subrotundis acutis, subtus aveniis, spicis axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

hispidulum. 35. P. herbaceum erectiusculum, foliis subrotundis petiolatis tenuissimis superne hirtis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 15.

tenellum. 36. P. herbaceum simplex decumbens, foliis distichis ovatis aveniis margine ciliatis, spica adscendente. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

amplexicaule. 37. P. subherbaceum, foliis lanceolato-ovatis amplexicaulibus nervosis carnosis, caule erecto simplici. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

glabellum. 38. P. herbaceum, foliis ovatis acuminatis, caule herbaceo radicante ramosissima. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

scandens. 39. P. herbaceum, foliis ovatis acutis, caule radicante simplici adscendente. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

serpens. 40. P. herbaceum, foliis subrotundo-acutis planis discoloribus, caule repente. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

cordifolium. 41. P. herbaceum, foliis obverse cordatis petiolatis plano-convexis carnosis, caule repente. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

numularifolium. 42. P. herbaceum, foliis orbiculatis convexo-concavis, caule filiformi repente radicante. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

filiforme. 43. P. herbaceum, foliis linearibus obtusis: summis verticillatis, caule filiformi repente. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

stellatum. 44. P. herbaceum, foliis verticillatis oblongis acuminatis trinerviis glabris, caule erecto. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 16.

excelsum. 45. P. foliis orbiculato-cordatis subseptemnerviis, pedunculis terminalibus solitariis bifidis, caule arboreo. *Forst. fl. austr. p.* 5.

pallidum. 46. P. foliis alternis obovatis subtrinerviis, spicis solitariis subterminalibus. *Forst. fl. austr. p.* 5.

tetraphyllum. 47. P. foliis quaternis rhombeis sessilibus carnosis. *Forst. fl. austr. p.* 5. *an vere distinctum a quadrifolio.*

1097. VALLISNERIA. ♂. *Spatha* 2partita. *Spadix* tectus flosculis. *Cor.* 3partitæ.
♀. *Spatha* 2fida, 1flora. *Cal.* 3partitus superus. *Cor.* 3petala. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma.

ſpiralis. 1. VALLISNERIA. *Michel. nov. pl. gen.* 12. *t.* 10. *f.* 1. 2.

CLASSIS

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores superi.*

HERITIERA.	*Cor.* 3fida. *Capſ.* 3quetra 1locularis, polyſperma.
44. VALERIANA.	*Cor.* 5fida, baſi gibba. *Sem.* 1.
50. MELOTHRIA.	*Cor.* 5fida, rotata. *Bacca* 3locularis.
1089. TRICHOSANTHES.	*Flores* monoici. *Cor.* 5partita, ciliata. ♀. *Stil.* 3fidus. *Pomum* oblongum.
CERATOSANTHES.	*Flores* monoici. *Cor.* 5partita: laciniis 2cornibus. ♀. *Stil.* 3fidus. *Pomum* oblongum.
1090. MOMORDICA.	*Flores* monoici. *Cor.* 5partita. ♀. *Stil.* 3fidus. *Pomum* elaſtice diſſiliens.
1091. CUCURBITA.	*Flores* monoici. *Cor.* 5fida. ♀. *Piſtill.* 5fidum. *Pomi* ſemina margine tumida.
1092. CUCUMIS.	*Flores* monoici. *Cor.* 5partita. ♀. *Piſtill.* 3fidum. *Pomi* ſemina arguta.
1093. BRYONIA.	*Flores* diclini. *Cor.* 5partita. ♀. *Stil.* 4fidus. *Bacca* ſubgloboſa, polyſperma.
1094. SICYOS.	*Flores* monoici. *Cor.* 5partita. ♀. *Stil.* 3fidus. *Drupa* 1ſperma.
1139. RUSCUS.	*Flores* utplurimum dioici. *Cor.* 0. *Nectar.* centrale, ovatum, apice perforatum.
51. CROCUS.	*Cor.* 6petaloidea, erecto-patula. *Stigmata* convoluta colorata.
59. IRIS.	*Cor.* 6partita: laciniis 3 exterioribus reflexis. *Stigmata* petaloidea.
60. MORÆA.	*Cor.* 6petala: petalis omnibus patulis.
1017. SISYRINCHIUM.	*Cor.* 6petala: petalis omnibus planis.
1018. FERRARIA.	*Cor.* 6petala: petalis undulato-criſpatis.
TAPEINJA.	*Cor.* tubuloſa: limbo profunde 6partito. *Stigma* 3fidum.

VOGELIA. *Cor.* 6fida persistens. *Cal.* 0. *Caps.* 3locularis apice truncata, 3punctata.

58\. ANTHOLYZA. *Cor.* 6fida tubulosa, recurvata.

57\. GLADIOLUS. *Cor.* 1petala: tubo cylindrico curvo; limbo 6partito.

WITSENIA. *Cor.* 6partita, cylindrica. *Stigma* emarginatum.

56\. IXIA. *Cor.* 1petala, tubulosa: tubo recto filiformi, limbo 6partito æquali.

1355\. DILATRIS. *Cor.* 6petala, hirsuta. *Filamentum tertium* reliquis minus. *Stigma* simplex.

MARICA. *Cor.* 6partita: laciniis 3 interioribus minoribus. *Caps.* oblonga, angulata, 3locularis, polysperma.

* *Narcissus triandrus.*

** *Flores inferi.*

XIPHIDIUM. *Cor.* 6petala, æqualis. *Cal.* 0. *Caps.* 3locularis.

61\. WACHENDORFIA. *Cor.* 6petaloidea, patens. *Cal.* 0.

1273\. STILAGO. *Cal.* 1phyllus subtrilobus. *Cor.* 0. *Bacca* globosa.

62\. COMMELINA. *Cor.* 6petala: petalis 3-4 caliciformibus. *Nectaria* cruciata, petiolata.

GLOCHIDION. *Flores* monoici. *Cor.* 6petala. *Cal.* 0.
♂. *Antheræ* connexæ.
♀. *Capsula* 6locularis, 6valvis.

1326\. SALACIA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5partitus. *Antheræ* germinis apici insidentes.

TONSELLA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5partitus. *Nectar.* urceolatum. *Bacca* sphærica 1locularis, 4sperma.

54\. HIPPOCRATEA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5partitus. *Caps.* 3. 2valves.

52\. LOEFLINGIA. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus. *Caps.* 1locularis.

CHELIDURUS. *Cor.* 5petala; petalis inæqualibus. *Cal.* 4phyllus. *Germen* pedicellatum.

1337\. WILLICHIA. *Cor.* 4fida. *Cal.* 4fidus. *Caps.* 2locularis.

FISSILIA. *Cor.* fissilis in 3petala conniventia. *Cal.* integer. *Stamina* 5sterilia. *Nux* 1sperma, calici inclusa.

46. TAMARINDUS. *Cor.* 3petala. *Cal.* 4partitus. *Legumen* ſucculentum.

1226. ELATE. *Flor.* monoici. *Cor.* 3petala. *Drupa* alata acuminata.

1048. TRAGIA. *Flor.* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 3partitus.
♀. *Cal.* 5partitus. *Stilus* 3fidus. *Capſ.* 3cocca, 3locularis. *Sem.* ſolitaria.

1049. HERNANDIA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 3partitus. *Cor.* 3petala.
♀. *Cal.* truncatus, integerrimus. *Cor.* 6petala.
Drupa cava, ore aperto: nucleo mobili.

1224. PHŒNIX. *Flores* dioici. *Cal.* 3partitus. *Cor.* 3petala. *Drupa* ovata.

1101. OSYRIS. *Flores* dioici. *Cal.* 3fidus. *Cor.* o.
♀. *Stil.* o. *Stigma* ſubrotundum. *Drupa* 1locularis.

1431. MABA. *Flores* dioici. *Cal.* 3fidus. *Cor.* 3fida. *Drupa* 2locularis.

1168. FICUS. *Flores* maſculi & feminei. *Cor.* o. *receptaculo* communi, turbinato, carnoſo, connivente incluſi.
♂. *Cal.* 3partitus.
♀. *Cal.* 5partitus. *Sem.* 1.

63. CALLISIA. *Cor.* 3petala. *Cal.* 3phyllus. *Capſ.* 2locularis.

SYENA. *Cor.* 3petala. *Cal.* 3phyllus. *Capſ.* 1locularis.

47. RUMPFIA. *Cor.* 3petala. *Cal.* 3fidus. *Drupa* nucleo 3loculari.

48. CNEORUM. *Cor.* 3petala. *Cal.* 3dentatus. *Bacca* 3cocca.

64. XYRIS. *Cor.* 3petala. *Cal.* 2valvis. *Capſ.* 3locularis.

49. COMOCLADIA. *Cor.* 3partita. *Cal.* 3partitus. *Stil.* o. *Drupa.*

45. OLAX. *Cor.* 3fida. *Cal.* integerrimus. *Glans.*

MACROLOBIUM. *Cor.* 5petala, inæqualis. *Cal.* duplex. *Filam.* 4, quorum 1ſterile. *Legumen* ovatum, 1loculare, 1ſpermum.

ROHRIA. *Cor.* 5petala, inæqualis. *Cal.* ſimplex, campanulatus, 5partitus. *Germ.* turbinatum, tomentoſum. *Stigm.* 3revoluta.

1289. ROTALA. *Cor.* o. *Cal.* 3dentatus. *Capf.* 3locularis.
51. ORTEGIA. *Cor.* o. *Cal.* 5phyllus. *Capf.* 1locularis.
53. POLYCNEMUM. *Cor.* o. *Cal.* perfiftens 5phyllus: foliolis ovatis erectis. *Capf.* ovata, evalvis, 1fperma.

ALTERNANTHERA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Stamina* 6, alterna fterilia. *Stigm.* 2fidum. *Sem.* folitaria.

1330. AGYNEIA. *Flores* monoici. *Cal.* 6phyllus. *Cor.* o. *Germen* perforatum, *ftilo* & *ftigm.* o. *Amaranthi triandri. Antiderma. Fagera emarginata, fpinofa, acuminata. Tradonancia multiflora. Pontederia limofa. Laurus triandra.*

* *Boehmeria ramiflora. Omphalea triandra. Hirtella americana.*

*** *Flores graminei valvulis glumæ calicinæ.*

† *hermaphroditi.*

1356. KYLLINGIA. *Amentum* ovatum 1oblongum, imbricatum. *Cal.* & *Cor.* bivalves.

1357. FUIRENA. *Amentum* imbricatum: fquamis ariftatis. *Cal.* o. *Cor.* glumis 3petaliformibus, obcordatis cirro terminatis.

1358. POMMEREULLA. *Cal.* turbinatus, 2valvis: valvulis 4fidis; dorfo ariftato.

70. LYGEUM. *Cor.* 2valves. *Cal.* fpatha. *Sem.* 2loculare.

SPARTINA. *Cor.* 2valvis. *Cal.* 1florus 2valvis: valvis macularibus inæqualibus. *Nectarium* o.

69. NARDUS. *Cor.* 2valvis. *Cal.* o. *Sem.* tectum.
68. ERIOPHORUM. *Cor.* o. *Cal.* paleis imbricatis. *Sem.* lanigerum.

67. SCIRPUS. *Cor.* o. *Cal.* paleis imbricatis. *Sem.* nudum vel villofum 3quetrum.

66. CYPERUS. *Cor.* o. *Cal.* paleis diftichis. *Sem.* nudum.

65. SCHOENUS. *Cor.* o. *Cal.* paleis fafciculatis. *Sem.* fubrotundum.

†† *monoici.*

1046. CAREX. *Amentum* fpicatum, imbricatum glumis. *Cal.* 1phyllus. *Cor.* o.
☿. *Nectarium* inflatum, 3dentatum.

Stigmata 3, rarius 2. *Sem.* 1. intra nectarium.

1040. TYPHA. *Amentum* cylindricum. *Cor.* o.
♂. *Cal.* obsoletus 3phyllus.
♀. *Amentum infra* masculos. *Cal.* capillo villoso. *Sem.* 1. insidens pappo-capillari.

1041. SPARGANIUM. *Amentum* subrotundum. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* o.
♀. *Stigm.* 2fidum. *Drupa* exsucca, 1-2sperma.

1042. ZEA. ♂. *in* spicis distinctis. *Cal.* Gluma 2flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica.
♀. *Cal.* & *Cor.* Gluma 2valvis. *Stil.* filiformis, pendulus. *Sem.* solitaria, receptaculo oblongo immersa.

1147. APLUDA. *Cal.* Gluma communis 2valvis: flosculo *femineo* sessili, *masculis* pedunculatis.
♂. *Cal.* o. *Cor.* 2valvis.
♀. *Cal.* o. *Cor.* 2valvis. *Sem.* 1. tectum.

1045. OLYRA. *Cal.* & *Cor.* Gluma 2valvis. *Cal.* 1flor.
♂. *Cal.* Gluma aristata. *Cor.* Gluma mutica.
♀. *Cal.* Gluma patula, ovata. *Stilus* 2fidus. *Sem.* cartilagineum.

1043. COIX. *Cal.* Gluma 2flora, mutica. *Cor.* Gluma mutica.
♂. spicæ remotæ.
♀. *Stil.* 2partitus. *Sem.* calice ossificato tectum.

Juncus conglomeratus, effusus.

⊢ ⊢ ⊢ *alii hermaphroditi, alii in eadem planta masculi.*

THEMEDA. *Cal.* 1valvis muticus. *Cor.* 2valvis, ☿. sessilis, *cor.* aristata. ♂. pedicell. *cor.* mutica.

1334. MANISURIS. *Cal.* Gluma 2valvis, valvula exteriore lateribus & apice emarginata. *Cor.* calice minor. *Stil.* 2fidus.

1149. CENCHRUS. *Involucr.* laciniatum, echinatum, 2florum. *Cal.* Gluma 2flora. *Cor.* mutica.
☿. *Stil.* o. 2fid. *Sem.* 1.

DIGYNIA.

* *Flores apetali monoici.*

1047. AXYRIS. ♂. *Cal.* 3partitus.
♀. *Cal.* 2phyllus. *Sem.* 1.

PLANERA. *Cal.* 4phyllus.
♀. *Sem.* 1 ovatum, ſquarroſum.

** *Flores graminei.*
† *uniflori vagi.*

71. BOBARTIA. *Cal.* multivalvis imbricatus.

76. PANICUM. *Cal.* 2valvis 2florus: floſculo altero hermaphrodito, altero maſculo.

1145. ANDROPOGON. *Cal.* 1valvis baſi piloſa. *Cor.* 2valvis: altera valva baſi ariſtata. *Sem.* 1. *Floſculi* plures mere maſculi.

CHLORIS. *Cal. Gluma communis* 2valvis, 2flora, *floſculis* ariſtatis, *cal.* o.
☿. *ſeſſilis*, *cor.* gluma 2valvi: ariſta terminali.
♂. *Cor.* Gluma 1valvis.

72. CORNUCOPIÆ. *Cal.* 2valvis. *Cor.* 1valvis. *Involucr.* commune 1phyllum, multiflorum.

94. ARISTIDA. *Cal.* 2valvis. *Cor.* 2valvis: valva exteriori apice ariſtis 3.

78. ALOPECURUS. *Cal.* 2valvis. *Cor.* 1valvis: apice ſimplici. *Nectarium* o.

77. PHLEUM. *Cal.* 2valvis truncatus mucronatus, ſeſſilis.

74. PHALARIS. *Cal.* 2plex, uterque 2valvis: valvis exterioris carinatis, æqualibus, corollam includentibus.

73. PASPALUM. *Cal.* 2valvis: valvis ſubrotundis æqualibus figura corollæ.

SYNTHERISMA. *Cal.* 2valvis: valvis planis; interiore minore. *Cor.* 2valvis plana lateribus ſubamplexans.

79. MILIUM. *Cal.* 2valvis: valvis ventricoſis, corolla majoribus ſubæqualibus.

CALAMAGROSTIS. *Cal.* 2valvis ſubæqualis. *Cor.* baſi pilis cincta.

80. AGROSTIS. *Cal.* 2valvis: valvis acutis corolla brevioribus.

86. DACTYLIS. *Cal.* 2valvis : valvis concavis carinatis.

90. STIPA. *Cal.* 2valvis. *Cor.* arista terminali inarticulata longissima.

92. LAGURUS. *Cal.* 2valvis villosus. *Cor.* aristis 2 terminalibus & 1 dorsali.

MUHLENBERGIA. *Cal.* 1valvis minimus. *Cor.* 2valvis æqualis : valva exteriore aristata ; interiore mucronata. *Nectarium* 2-phyllum.

93. SACCHARUM. *Cal.* 2valvis, basi lanugine extus vestitus.

Cinna.

†† *Flores biflori vagi.*

1146. HOLCUS. *Flores* hermaphroditi & masculi. *Cal.* Glum. subbiflora 2valvis.
☿. *Cor.* aristata. *Sem.* 1.
♂. *Cor.* 0.

81. AIRA. *Floscul.* omnes hermaphroditi sine rudimento tertii. *Cal.* 2valvis.

82. MELICA. *Flosculi* omnes hermaphroditi. *Cal.* 2-valvis. *Nectar.* 1phyllum, carnosum.

TRISETARIA. *Flosculi* omnes hermaphroditi. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 2valvis : valva exteriore arista apice bipartita aliaque dorsali simplici.

1333. SPINIFEX. *Flosculi* hermaphroditi & masculi. *Cal.* Gluma 2valvis : valvis rachi parallelis. *Cor.* 2valvis, mutica.

1148. ISCHÆMUM. *Flosculi* hermaphroditi & masculi. *Cor.* 2valvis. *Stigm.* barbata. *Sem.* 1.

SEHIMA. *Flosculi* (interni) hermaphroditi & masculi. *Cal.* Glum. 2valvis, calice longior : valva interiore aristata. *Cor.* 2valvis.
☿. *Cor.* aristata.
♂. *Cor.* mutica.

1150. ÆGILOPS. *Flosculi* hermaphroditi & masculi. *Cal.* Gluma cartilaginea subtriflora. *Cor.* Gluma terminata triplici arista. *Sem.* 1.

††† *Flores quadriflori vagi.*

1044. TRIPSACUM. *Flores* monoici.

♂. *Cal.* Gluma 4flora. *Cor.* Gluma membranacea.

♀. *Cal.* Gluma sinub. perforat. *Cor.* Gluma 2valvis. *Sem.* 1.

† † † † *Flores multiflori vagi.*

85. UNIOLA. *Cal.* multivalvis, carinatus.

84. BRIZA. *Cal.* 2valvis. *Cor.* cordata: valvis ventricosis, obtusis.

SAVASTANA. *Cal.* 2valvis, 3flora: valvis subcarinatis subæqualibus.

83. POA. *Cal.* 2valvis. *Cor.* ovata: valvis acutiusculis.

88. FESTUCA. *Cal.* 2valvis. *Cor.* oblonga: valvis mucronatis.

89. BROMUS. *Cal.* 2valvis. *Cor.* oblonga: valva exteriore sub apice aristata.

91. AVENA. *Cal.* 2valvis. *Cor.* oblonga: valvis dorso arista geniculata.

93. ARUNDO. *Cal.* 2valvis. *Cor.* mutica, basi lanata.

* *Dactylis glomerata.*

1359. ANTHISTIRIA. *Cal.* æqualiter ad basin fissus in lacinias 4 æquales.

† † † † † *Flores spicati: receptaculo subulato.*

97. SECALE. *Cal.* 2florus.

99. TRITICUM. *Cal.* multiflorus.

98. HORDEUM. *Involucr.* 6phyllum, 3florum. *Flos* simplex.

1360. ROTTBÖLLIA. *Cal.* ovato-lanceolatus, planus, simplex s. 2partitus. *Floscul.* alterni in rachide flexuosa.

96. ELYMUS. *Involucr.* 4phyllum, 2florum. *Flos* compositus.

95. LOLIUM. *Involucr.* 1phyllum, 1florum. *Flos* compositus.

86. CYNOSURUS. *Cal.* multiflorus, 2valvis: valvis linearibus acuminatis æqualibus. *Nectar.* 1phyllum.

TRIGYNIA.

* *Flores graminei*, dioici.

1331. RESTIO. *Cal. spica ovata*, squamis imbricata. *Cor.* 6petala.
♀. *Stilus* subul. persistent. *Capſ.* 3locularis, subrotunda, 6plicata.

** *Flores apetali.*
+ diclini.

1280. CATURUS. ♂. *Cal.* o. *Cor.* 5fida.
♀. *Cal.* 3partitus. *aut.* o. *Cor.* o. *Capſ.* 3cocca.

1102. EXCÆCARIA. *Amentum* nudum. *Cal.* o.
♀. *Capſ.* 3cocca.

1050. PHYLLANTHUS. *Cal.* 6partitus, campanulatus.
♀. *Stil.* bifidi. *Capſ.* 3locularis. *Sem.* solitaria.

1060. AMARANTHUS. *Cal.* 3-5phyllus. *Cor.* o.
♀. *Capſ.* 1locularis, circumscissa. *Sem.* 1.

++ *hermaphroditi.*
† *superi.*

102. PROSERPINACA. *Cal.* 3partitus. *Sem.* 1. 3loculare.

†† *inferi.*

MEROREA. *Cal.* 6partitus persistens. *Capſ.* obtuse 3gona, 6valvis, 6locularis: loculis 1spermis.

1241. KOENIGIA. *Cal.* 3phyllus. *Sem.* 1. ovatum.

108. QUERIA. *Cal.* 5phyllus. *Capſ.* 1sperma.

107. MINUARTIA. *Cal.* 5phyllus. *Capſ.* 1locularis, polysperma.

106. MOLLUGO. *Cal.* 5phyllus. *Capſ.* 3locularis.

Tillæa.

*** *Flores corollati non glumacei.*

101. MONTIA. *Cor.* 1petala. *Cal.* 2phyllus.

100. ERIOCAULON. *Cor.* 3petala. *Cal.* compositus. *Sem.* 1. coronatum corona.

~~109. LECHEA.~~ ~~*Cor.* 3petala. *Cal.* 3phyllus. *Capſ.* 3cocca.~~

105. POLYCARPON. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus. *Capſ.* 3valvis.

104. HOLOSTEUM. *Cor.* 5petala. *Cal.* 5phyllus. *Capf.* apice dehifcens.

Moræa gladiata.

ENNEAGYNIA.

1100. EMPETRUM. *Flor.* dioici. *Cal.* 3partitus. *Cor.* 3petala.
♂. *Stam.* longa.
♀. *Bacca* 9fperma.

Meryta. Forft. char. gen. pl. 60.

MONOGYNIA.

44. VALERIANA. *Cal.* o. *Cor.* 1petala, basi hinc gibba, supera. *Sem.* 1. vel *Capsula* 3locularis.

* *floribus monandris.*

rubra. 1. V. floribus caudatis, foliis lanceolatis integerrimis. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 14. *f.* 15.
β) Valeriana angustifolia. *Pluckn. alm. t.* 232. *f.* 3.

Calcitrapa. 2. V. foliis pinnatifidis. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 14. *f.* 7.

** *floribus diandris.*

Cornucopiæ. 3. V. floribus ringentibus, foliis ovatis sessilibus. *Sabbat. h. rom.* 2. *t.* 19.
β?) Valeriana Saljunca. *Allion. fl. pedem. t.* 70. *f.* 1.

*** *floribus triandris.*

dioica. 4. V. floribus dioicis, foliis pinnatis integerrimis. *Fl. dan. t.* 687. *Florem pro mare habitum Landini Gothorum femina matura tulisse refert* Retzius. *Obs. bot. fasc.* 1. *&* *Scopoli fl. carn. ed.* 2. *n.* 40.

officinalis. 5. V. foliis omnibus pinnatis dentatis. *Fl. dan. t.* 570.

Phu. 6. V. foliis caulinis pinnatis, radicalibus indivisis. *Regnault. bot. t.* 9.

tripteris. 7. V. foliis dentatis: radicalibus cordatis, caulinis ternatis ovato-oblongis. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 268.

montana. 8. V. foliis ovato-oblongis subdentatis, caule simplici. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 269.

celtica. 9. V. foliis ovato-oblongis obtusis integerrimis. *Planck. pl. med. t.* 29. *Flores interdum dioici.*

tuberosa. 10. V. foliis radicalibus lanceolatis integerrimis: reliquis pinnatifidis.

Valeriana *fructificatione omnium maxime differt, sexu staminumque numero, corolla regulari vel irregulari, fructu 1spermo vel* (16. 17.) *dispermo, nudo, coronato, papposo, &c. an monandriæ & diandriæ Boerhaaviæ generi accersendæ?*

saxatilis. 11. V. foliis subdentatis: radicalibus ovatis; caulinis lineari-lanceolatis. *Jacq. fl. austr.* 3. *p.* 267. *Flores dioicos enunciat Retzius.*

elongata. 12. V. foliis radicalibus ovatis, caulinis cordatis sessilibus inciso-subhastatis. *Jacq. fl. austr.* 3. *t.* 219.

pyrenaica. 13. V. foliis caulinis cordatis dentatis petiolatis: summis ternatis. *Buxb. cent.* 2. *t.* 11.

scandens. 14. V. foliis ternatis, caule scandente.

sinensis. 15. V. foliis omnibus cordatis repando-lobatis. *Burm. ind. t.* 6. *f.* 3.

Locusta. 16. V. caule dichotomo, foliis linearibus integerrimis. *Flor. dan. t.* 738.

dentata. 17. V. caule dichotomo, foliis oblongis dentatis.

vesicaria. α) V. calicibus inflatis: dentibus 6 inflexis, involucellis pentaphyllis trifloris. *Boerh. ind. h. lugdb.* 1. *t.* 75.

coronata. β) V. fructu sexdentato. *Col. ecphr.* 1. *t.* 209.

discoïdea. γ) V. fructu hypocrateriformi 12dentato: dentibus retrorsum uncinatis *Moris. hist. plant.* 3. *t.* 16. *f.* 29.

tridentata. δ) V. seminis corona tridentata. *Riv. mon.* 6.

radiata. ε) V. involucro flores cingente.

pumila. ζ) V. foliis imis dentatis: summis linearibus multifidis. *Lob. ic.* 716.

mixta. 18. V. caule quadrifido, foliis imis dentatis, seminum pappo plumoso.

echinata. 19. V. floribus regularibus, foliis dentatis, fructu lineari tridentato: extimo majore recurvato. *Col. ecphr.* 1. *t.* 206.

**** *floribus tetrandris.*

supina. 20. V. involucellis hexaphyllis trifloris, foliis integris. *Mant. p.* 27. *Ard. spec.* 2. *t.* 3.

sibirica. 21. V. floribus aequalibus, foliis pinnatifidis, seminibus paleae ovali adnatis. *Hall. comm. Goetting.* 1751. *t.* 9.

villosa. 22. V. floribus aequalibus, foliis inferioribus auriculatis: superioribus dentatis villosis. *Thunb. fl. jap. p.* 32.

FISSILIA. *Cor.* fissilis in 3 petala conniventia. *Cal.* urceolatus integer. *Stam.* 5 sterilia. *Nux* 1sperma, calice tecta.

psittacorum. 1. FISSILIA. *Jussieu gen. plant.* p. 260.

45. **OLAX.** *Cal.* integer. *Cor.* infundibuliformis, 3fida. *Nectario* 4phyllo.

zeylanica. 1. OLAX.

MACROLOBIUM. *Cal.* 2plex. *Cor.* 5petala, inaequalis. *Filamenta* 4, quorum 1 sterile. *Legumen* ovatum, compressum, 1loculare, 1spermum.

Vuapa. 1. M. foliis binatis, legumine alterno latere acuto bialato. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 25. *t.* 7.

Simira. 2. M. foliis binatis, legumine margine unique rotundato. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 27. *t.* 8. *an satis distinctum a Vuapa?*

Utea. 3. M. foliis bijugis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 28. *t.* 9.

ROHRIA. *Cal.* campanulatus, 5partitus: laciniis ciliatis. *Cor.* 5petala: *Petala* 2 superiora majora; lamina inflexo-cucullata. *Filamenta* introrsum lanata. *Germen* tomentosum. *Stigm.* 3 revoluta.

Schreberi. 1. R. floribus triandris. *Schreb. gen. pl. Linn.* p. 30.

Tapura. 2. R. filamentis quinque, duobus brevioribus substerilibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 126. *t.* 48. *an hujus generis?*

46. TAMARINDUS. *Cal.* 4partitus. *Petala* 3. *Nectarium* setis 2 brevioribus sub filamentis. *Legumen* pulposum.

indica. 1. TAMARINDUS. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 13.

1226. ELATE. *Flores* monoici. *Cor.* 3petala. ♀. *Drupa* ovata, acuminata.

sylvestris. 1. E. frondibus pinnatis: foliolis oppositis. *Thunb. nov. act. Stockh.* 1782. *p.* 285. *Rheed. h. mal.* 3. *t.* 22–25.

1048. TRAGIA. *Flores* monoici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 3partitus.
♀. *Cal.* 5partitus. *Stil.* 3fidus. *Caps.* 3cocca, 3locularis. *Sem.* solitaria.

volubilis. 1. Tr. foliis cordato-oblongis, caule volubili. *Rumpf amb.* 5. *t.* 9.

involucrata. 2. Tr. bracteis femineis pentaphyllis pinnatifidis. *Jacq. ic. pl. rar. t.* 56. *Caps. plures* 2*valves, receptaculo communi affixæ.*

Mercurialis. 3. Tr. foliis ovatis. *Plum. ic. t.* 172. *f.* 2.

urens. 4. Tr. foliis lanceolatis obtusis subdentatis urentibus. *Pluckn. alm. t.* 107. *f.* 5.

innocua. 5. Tr. foliis lanceolatis subdentatis pilosis, spica terminali. *Walt. flor. carol. p.* 229.

Chamælea. 6. Tr. foliis lanceolatis obtusis integerrimis. *Burm. fl. zeyl. t.* 52.

cannabina. 7. Tr. foliis tripartitis. *Suppl. p.* 415. *Syst. nat.* XIII. 3. *p.* 635. *n.* 18. 21. *Croton hastatum & urens. Pluckn. phyt.* 120. *f.* 6.

1049. HERNANDIA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 3partitus. *Cor.* 3petala.
♀. *Cal.* truncatus integerrimus, persistens inflatus. *Cor.* 6petala. *Nux* supera, calice inflato vestita. *Semen* globosum.

sonora. 1. H. foliis peltatis. *Jacq. stirp. amer. pict.* 120.

ovigera. 2. H. foliis ovatis basi petiolatis. *Rumpf amb.* 3. *t.* 123. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 3. *t.* 40. *f.* 3.

guianensis. 3. H. foliis plicatis ovato-acuminatis. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 848. *t.* 329.

1224. PHŒNIX. *Flores* dioici. *Cal.* 6phyllus. *Cor.* o.
♀. *Drupa* ovata, supera, mollis: putamine membranaceo.

ſecundatum. 5. I. ſpicis ſubſecundis, floribus receptaculo innidulantibus. *Walt. flor. carol. p.* 249.

ſcarioſum. 6. I. ſpicis filiformibus, floribus acuminatis exſtantibus lævibus. *Walt. flor. carol. p.* 249.

glabrum. 7. I. ſpicis teretibus glabris nitidis, floribus ſubreconditis, ſeminibus magnis. *Walt. flor. carol. p.* 249.

SEHIMA. *Cal.* Gluma 2valvis, 2flora: *Flosculi* cor. 2valvi, *nunc uterque* masculus, *nunc* exterior masculus, interior hermaphroditus, aristatus. *Stil.* plumosi.

ischæmoides. 1. SEHIMA. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 178.

1150. ÆGILOPS. *Flores* polygami. *Cal.* Gluma subtriflora, cartilaginea. *Cor.* Gluma terminata triplici arista.
☿. *Sem.* 1.

ovata. 1. Æ. calicibus omnibus triaristatis. *Aristæ interdum* 2 *aut* 4.

caudata. 2. Æ. calicibus omnibus biaristatis.

triuncialis. 3. Æ. calicibus inferioribus biaristatis. *Mant. p.* 501. *Schreb. gram. t.* 10.

squarrosa. 4. Æ. spica subulata aristis longiore. *Schreb. gram. t.* 27. *f.* 2.

aromatica. 5. Æ. spica secunda, culmis erectis, glumis quadrifloris. *Walt. flor. carol. p.* 249.

sacharina. 6. Æ. spica secunda, culmis decumbentibus, glumis trifloris. *Walt. flor. carol. p.* 249.

1044. TRIPSACUM, *Flores* (sæpe) monoici.
♂. *Cal.* Gluma 4flora. *Cor.* Gluma membranacea.
♀. *Cal.* Gluma sinubus perforatis. *Cor.* Gluma 2-valvis. *Sem.* 1.

dactyloides. 1. Tr. spicis androgynis. *Mill. illustr. ic.*

hermaphroditum. 2. Tr. spica hermaphrodita. *Linn. fil. dec.* 17. *t.* 9. *Gaertn. de fr. & sem. cont.* 1. *t.* 1. *f.* 4.

83. POA. *Cal.* 2valvis, multiflorus. *Spiculæ* ovatæ : valvis margine scariosis acutiusculis.

aquatica. 1. P. panicula diffusa : spiculis sexfloris linearibus. *Leers. fl. herb. t. 5. f. 5. calices 5-10flori.*

alpina. 2. P. panicula diffusa ramosissima : spiculis sexfloris cordatis. *Hall. app. ad Scheuchz. gram.* 1. *t.* 3.

β) Poa vivipara. *Flor. dan. t.* 807.

subnuda. 54. P. panicula laxa : spicis bifloris ; flosculis calice duplo longioribus glaberrimis. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1470. *an hujus generis ?*

Gerardi. 55. P. culmo recto, spiculis trifloris glaberrimis, calicibus aristatis. *Gerad. fl. provinc. t.* 2. *an hujus generis ?*

simplex. 56. P. panicula diffusa : spiculis remotis trifloris : calicibus inferioribus unifloris, culmo erecto angulato. *Walt. flor. carol. p.* 79.

trivialis. 3. P. panicula subdiffusa : spiculis trifloris basi pubescentibus, foliis planis : vaginis glabris ; ligula brevi truncata. *Curt. flor. Lond. t.* 90.

nitens. 4. P. panicula diffusa, calicibus trifloris glaberrimis ; flosculis majoribus. *Weber suppl. flor. holf. p.* 2.

angustifolia. 5. P. panicula diffusa : spiculis quadrifloris pubescentibus, foliis radicalibus convolutis filiformibus : vaginis glabris ; ligula brevi truncata. *Leers fl. herb. t.* 6. *f.* 3.

pratensis. 6. P. panicula diffusa : spiculis subquinquefloris, foliis planis : vaginis scabris ; ligula oblonga acuta. *Curt. flor. Lond. t.* 841.

annua. 7. P. panicula diffusa patentissima : spiculis subquinquefloris, foliis planis : vaginis glabris ; ligula brevi acuminata. *Curt. flor. Lond. t.* 8.

flava. 8. P. panicula diffusa : spiculis ovato-oblongis nitidis. *Pet. mus.* 239.

pilosa. 9. P. panicula patente stricta : ramificationibus primariis pilosis.

palustris. 10. P. panicula diffusa : spiculis subtrifloris pubescentibus foliis subtus scabris. *Flor. dan. t.* 750.

salina. 11. P. panicula diffusa : spiculis septemfloris linearibus : glumis omnibus obtusissimis, culmo basi subrepente. *Leys. fl. Hall. n.* 93.

sylvatica. 12. P. panicula diffusa : spiculis subquinquefloris : glumis acutissimis. *Pollich fl. palat. n.* 87.

plumosa. 13. P. panicula diffusa : calicibus sexfloris : valvis corollarum interioribus linearibus recurvis dorso ciliatis. *Koenig ap. Retz. obs. bot.* 4. *p.* 20.

anceps. 14. P. panicula diffusa : spiculis quinquefloris acutis basi pubescentibus, culmo ancipiti. *Forst. fl. austr. p.* 8.

prolifera. 15. P. panicula patente stricta : spiculis subvigintifloris culmo ramosissimo nodoso ad nodos prolifero. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 27.

glutinosa. 16. P. panicula patente stricta : spiculis subnovemfloris hirsutiusculis glutinosis, culmo simplici, foliis subpilosis. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 71. *f.* 2.

viscosa. 17. P. panicula oblonga patente : spiculis inferioribus trifloris ; superioribus duodecimfloris, culmis rigidis demum viscosis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 20.

punctata. 18. P. panicula diffusa : spiculis duodecimfloris ; floribus diaphanis lævibus puncto intus fusco. *Suppl. p.* 109.

amabilis. 19. P. panicula patente : spiculis octodecimfloris linearibus.

hirta. 20. P. panicula patula : vaginis foliorum punctato-ciliatis. *Thunb. fl. jap. p.* 49.

ferruginea. 21. P. panicula patula capillari : spiculis quinquefloris oblongis ; glumis glabris. *Thunb. fl. jap. p.* 50.

barbata. 22. P. panicula patula capillari : spiculis sexfloris oblongis ; glumis carinatis glabris. *Thunb. fl. jap. p.* 50.

japonica. 23. P. panicula patula capillari : spiculis septemfloris foliisque glabris, culmo ramoso. *Thunb. fl. jap. p.* 51.

abyssinica. 24. P. panicula patula : spiculis oblongis subquinquefloris, culmo geniculato interne procumbente ramoso. *Jacq. pl. rar. ic. t.* 43.

Eragrostis. 25. P. panicula patente : pedicellis flexuosis : spiculis serratis decemfloris, glumis trinerviis. *Schreb. gram. t.* 38.

capillaris. 26. P. panicula laxa patentissima capillari, foliis pilosis, culmo ramosissimo. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 6. *f.* 33.

Phœnix. 58. P. panicula laxa : spiculis tereti-compressis pendulis octofloris. *Scop. flor. carn.*

expensa. 59. P. panicula divaricata : ramis geminatis : spiculis subquadrifloris. *Gouan. illustr. t.* 2. *f.* 1.

cilianensis. 60. P. panicula longissima ramosa : ramis erectis flexuosis, spiculis distichis quadrifloris. *Allion. flor. pedem. t.* 91. *f.* 2.

aspera. 27. P. panicula ramosissima patentissima : pedunculis asperis : spiculis decemfloris, vaginis foliorum anterius hirsutis. *Jacquin h. Vindob.* 3. *t.* 56.

divaricata. 28. P. panicula divaricata : spiculis sexfloris acuminatis, foliis planis striatis. *Villars pl. delph.* 2. *p.* 127.

brizoides. 29. P. panicula racemosa : spiculis ovatis compressis subnovemfloris, culmo compresso. *Suppl. p.* 110.

nemoralis. 30. P. panicula attenuata florente patula : spiculis subbifloris mucronatis scabris, culmo debili. *Flor. dan. t.* 749.

bohemica. 31. P. panicula inflexa : spiculis alternis quadrifloris; glumarum linea dorsali scabra, culmo tereti glabro subprostrato. *Meyer phys. Anb. der Fr. zu Wien* I. 1. *p.* 22. *t.* 1.

bulbosa. 32. P. panicula secunda patentiuscula : spiculis quadrifloris. *Krocker fl. siles.* 1. *t.* 25.

distans. 33. P. panicula ramis subdivisis : spiculis quinquefloris; flosculis distantibus obtusis. *Mant. p.* 32.

malabarica. 34. P. paniculæ ramis simplicissimis : floribus sessilibus, seminibus distantibus, culmo repente. *Burm. fl. ind. t.* 11. *f.* 2.

sinensis. 35. P. paniculæ ramis simplicissimis : floribus sessilibus, seminibus imbricatis, culmo erecto. *Burm. fl. ind. t.* 11. *f.* 3.

β) Poa panicea. *Retz. obs. bot.* 3. *p.* 11. & 5. *p.* 19.

tenella. 36. P. panicula oblonga capillari subverticillata : spiculis sexfloris minutissimis nutantibus. *Burm. fl. zeyl. t.* 47. *f.* 3.

rigida. 37. P. panicula lanceolata subramosa secunda : ramulis alternis secundis. *Curt. flor. Lond. t.* 142.

montana. 61. P. panicula stricta : spiculis bifloris; flosculis basi villosis. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1468.

dura. 38. P. panicula secunda : spiculis alternis sessilibus obtusis adpressis. *Syst. nat.* XII. 2. *p.* 95. Cynosurus durus. *Pollich fl. pal. t.* 1. *f.* 1.

maritima. 39. P. panicula subspicata : spiculis secundis coarctatis, foliis convolutis, sarmentis repentibus. *Flor. dan. t.* 251.

contracta. 38. P. panicula contracta: spiculis lanceolatis trifloris nudis sessilibus, foliis filiformibus. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 3. *p.* 11.

nutans. 39. P. panicula contracta apice nutante: spiculis decemfloris; valvis reversis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 19.

spicata. 40. P. panicula spicata: spiculis subulatis; flosculis remotis. *Mant. p.* 32.

cristata. 41. P. panicula spicata: calicibus subpilosis subquadrifloris pedunculo longioribus, petalis aristatis. *Leers fl. herb. t.* 5. *f.* 6.

cynosuroides. 42. P. panicula striata pyramidali: pedunculis patentissimis; spiculis pendulis distichis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 20.

unioloides. 43. P. panicula erectiuscula: spiculis subdecemfloris ovatis, calicibus inferioribus multivalvibus. *Koenig apud Retz. obs. bot. p.* 19.

decumbens. 44. P. panicula contracta: petalo exteriore margine piloso, culmo decumbente. *Syst. nat.* XII. 2. *p.* 97. Festuca decumbens. *Flor. dan. t.* 162.

peruviana. 45. P. panicula contracta terminali: spiculis subsessilibus densis; glumis suboctofloris. *Jacq. collect.* 1. *p.* 107.

compressa. 46. P. panicula coarctata secunda, culmo obliquo compresso. *Flor. dan. t.* 742.

glomerata. 57. P. panicula coarctata elongata, spiculis suboctofloris glomeratis, culmo erecto. *Walt. flor. carol. p.* 80.

amboinensis. 47. P. panicula coarctata secunda, culmo tereti. *Mant. p.* 557. *Rumpf amb.* 6. *t.* 7. *f.* 3.

ciliaris. 48. P. panicula contracta: glumarum valvis interioribus piloso-ciliatis. *Sloan. jam.* 1. *t.* 73. *f.* 1.

Villarsii. 49. P. panicula contracta: spiculis teretibus quadrifloris muticis. *Villars pl. delph.* 2. *p.* 126.

planiculmis. 50. P. panicula coarctata, calicibus subquadrifloris, glumis floralibus dorso pubescentibus, culmo compresso. *Weber suppl. flor. hols. p.* 3.

multiflora. 50. P. culmis simplicibus erectis, spiculis linearibus subnovemfloris. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 21. *an distincta species?*

Qualis est Poa filicina Forskåhlii fl. æg. arab. p. XIII?

cinerea. 51. P. spiculis paniculatis trifloris acutis, basi ciliatis, foliis caulinis erectis involutis. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 126.

disticha. 52. P. spica disticha terminali hinc convexiuscula illinc plana. *Jacq. pl. rar. ic. misc. austr.* 2. *p.* 74.

sicula. 53. P. spica disticha compresso-plana: spiculis alternis sessilibus acutis. *Jacq. obs. bot.* 2. *p.* 22. *t.* 43. *pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 28.

84. BRIZA. *Cal.* 2valvis, multiflorus. *Spicula* disticha: valvis cordatis obtusis; interiore minuta.

monspessulana. 8. Br. spica nutante simplici: spiculis ovatis alternis subsolitariis pedunculatis quinquefloris. *Allion. flor. pedem.*

minor. 1. Br. spiculis triangulis: calice flosculis longiore. *Scheuchz. gram. t.* 4. *f.* 9.

virens. 2. Br. spiculis ovatis: calice flosculis æquali.

media. 3. Br. spiculis ovatis: calice flosculis breviore. *Flor. dan. t.* 258.

maxima. 4. Br. spiculis cordatis: flosculis septendecim. *Jacq. obs. bot.* 3. *t.* 60. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 6.

Eragrostis. 5. Br. spiculis lanceolatis: flosculis viginti. *Schreb. gram. t.* 39.

cynosuroides. 6. Br. spiculis lanceolatis, culmo erecto simplici striato. *Scop. del.* 2. *p.* 21. *t.* 11.

caroliniana. 7. Br. panicula decomposita: partialibus ramosis, spiculis cordato-lanceolatis, flosculis quindecim. *Walt. flor. carol. p.* 79.

85. UNIOLA. *Cal.* multivalvis. *Spicula* ovata carinata.

paniculata. 1. U. paniculata, spiculis ovatis. *Catesb. Car.* 1. *t.* 32.

bipinnata. 2. U. panicula subspicata: racemis pinnatis subtus imbricatis.

mucronata. 3. U. spica disticha: spiculis ovatis; calicibus subaristatis.

spicata. 4. U. subspicata, foliis involutis rigidis.

86. DACTYLIS. *Cal.* 2valvis, multiflorus: *valvis* altero latere latioribus. *Cor.* 2valvis, semen includens. *Nect.* 2. culmo erecto.

cynosuroides. 1. D. spicis sparsis secundis scabris numerosis. *Linn. fasc.* 1. *t.* 9.

patens. 2. D. spicis sparsis secundis paucis, culmo decumbente. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 108.

glomerata. 3. D. panicula secunda glomerata. *Fl. dan. t.* 743. *Schreb. gram. t.* 8. *f.* 1.

ciliaris. 4. D. spica capitata secunda: calicibus trifloris, caule repente. *Mant. p.* 185.

lagopoides. 5. D. spicis subrotundis pubescentibus, culmo prostrato ramoso. *Mant. p.* 33. 557. *Burm. fl. ind. t.* 10. *f.* 1.

capitata. 6. D. spicis capitatis lævibus, culmo prostrato ramoso. *Suppl. p.* 110.

geniculata. 7. D. spicis ternis distichis, culmo geniculato, foliis linearibus plicatis mucronatis. *Burm. ind. t.* 12. *f.* 3.

87. CYNOSURUS. *Cal.* 2valvis, multiflorus æqualis. *Cor.* 2valvis: valva altera concava longiore. *Nect.* 2phyllum.

cristatus. 1. C. bracteis pinnatifidis. *Flor. dan. t.* 238. *Schreb. gram. t.* 8. *f.* 2.

echinatus. 2. C. bracteis pinnato-paleaceis aristatis. *Scheuchz. gram. t.* 2. *f.* 3. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 8.

Lima. 3. C. spica secunda: calicis gluma interiore spiculis subjecta.

sphærocephalus. 4. C. bracteis integris, spicis globosis. *Jacq. misc. austr.* 2. *p.* 71.

cæruleus. 5. C. bracteis integris, spicis subovatis. *Arduin. spec.* 2. *t.* 6. *f.* 3–5. Sesleria.

multibracteatus. 6. C. bracteis pectinatis ad spiculas pluribus, spica secunda subincurva. *Poiret voy. en Barbar.* 2. *p.* 97.

Uniolæ. 7. C. ebracteatus, spica secunda: spiculis bifariis alternantibus adpressis ovatis carinatis obliquis. *Suppl. p.* 110.

coracanus. 8. C. spicis digitatis incurvatis, culmo compresso erecto, foliis suboppositis. *Schreb. gram. t.* 35. *Gaertn. de sem. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 11.

ægyptius. 9. C. spicis digitatis quaternis obtusis patentissimis mucronatis: calicibus mucronatis caule repente, foliis oppositis. *Pluckn. alm. t.* 300. *f.* 8.

indicus. 10. C. spicis digitatis linearibus, culmo compresso declinato basi nodoso, foliis alternis. *Burm. fl. zeyl. t.* 47. *f.* 1.

virgatus. 11. C. panicula ramis simplicibus: spiculis sessilibus sexfloris; ultimo sterili, infimis subaristatis. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 70. *f.* 2.

daningensis. 12. C. panicula ramis simplicibus: spiculis subsessilibus sexfloris; floribus omnibus aristatis. *Jacq. pl. rar. ic.* 67.

aureus. 13. C. paniculæ spiculis sterilibus pendulis ternatis: floribus aristatis. *Shaw. afr. ic. p.* 232.

ternatus. 14. C. spiculis ternatis quaternisve patentissimis lanceolatis muticis quadrifloris. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 21.

floccifolius. 15. C. spicis linearibus: inferioribus alternis, supremis geminis; spiculis bifariam secundis muticis trifloris, foliis alternis margine alterne flocciferis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 21.

uniflorus. 16. C. spicis digitatis quaternis patulis secundis, calicibus acutis alternis sessilibus unifloris sessilibus, culmo geniculato repente lævi. *Walt. flor. carol. p.* 82.

lagopoides. 17. C. spicis conicis: pedunculis solitariis villosis, culmo folioso. *Pluken. amalth. t.* 357. *f.* 4.

siculus. 18. C. spica disticha compresso-plana: spiculis alternis sessilibus acutis. *Jacq. obs. bot. t.* 43.

88. FESTUCA. *Cal.* 2valvis. *Spicula* oblonga, teretiuscula: glumis acuminatis.

* *Panicula secunda.*

bromoides. 1. F. spiculis erectis: calicis valva altera integra, altera acuminata. *Pluckn. alm. t.* 33. *f.* 10.

ovina. 2. F. panicula coarctata aristata, culmo tetragono nudiusculo, foliis setaceis. *Stillingfl. misc. t.* 8.

β) vivipara. *Scheuchz. gram. t.* 1.
γ) glauca.

rubra. 3. F. panicula scabra: spiculis sexfloris aristatis; flosculo ultimo mutico, culmo semitereti. *Leers fl. herb. t.* 8. 9.

amethystina. 4. F. panicula flexuosa: spiculis secundis inclinatis submuticis, foliis setaceis.

reptatrix. 5. F. paniculae ramis simplicibus: spiculis subsessilibus.

duriuscula. 6. F. panicula oblonga: spiculis oblongis laevibus, foliis setaceis. *Flor. dan. t.* 848.

dumetorum. 7. F. panicula spicaeformi pubescente, foliis filiformibus. *Flor. dan. t.* 700.

elatior. 8. F. panicula erecta: spiculis subaristatis; exterioribus teretibus. *Schreb. gram. t.* 2.
β) Festuca arundinacea. *Schreb. spic. fl. Lips. p.* 57.

myuros. 9. F. panicula spicata: calicibus minutissimis muticis floribus scabris: aristis longis. *Leers fl. herb. t.* 3. *f.* 5.

spadicea. 10. F. calicibus quinquefloris: flosculo ultimo sterili, foliis laevibus.

phoenicoides. 11. F. racemo indiviso: spiculis alternis subsessilibus teretibus, foliis involutis mucronato-pungentibus. *Mant. p.* 33. *Ger. fl. prov. t.* 2. *f.* 2.

nemorum. 12. F. panicula nutante: spiculis quinquefloris glabris aristatis, foliis radicalibus setaceis: caulinis planis longissimis scabriusculis. *Leys. fl. hal. n.* 102.

sciuroides. 13. F. panicula racemosa: calicibus abbreviatis; floribus diaphanis scabris: aristis longis. *Roth bot. Abh. u. Beob. p.* 43.

fasciculata. 14. F. panicula fasciculata: spiculis quadrifloris; calicis valva exteriore longe aristata, altera minuta mutica. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 22.

cinerea. 15. F. panicula subsecunda: spiculis subhirsutis aristatis quinquefloris, foliis subulatis recurvis. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 98. *n.* 8.

pumila. 16. F. panicula collecta: spiculis teretibus subquadrifloris subaristatis, foliis setaceis duriusculis. *Villars pl. delph.* 2. *p.* 102. *n.* 12.

Halleri. 17. F. panicula striata: spiculis teretibus hirsutis longius aristatis, foliis perangustis. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1441.

sylvatica. 18. F. panicula divaricata: spiculis quadrifloribus distantibus acutis subaristatis, foliis planis acutis. *Villars pl. Delph.* 1. *p.* 271. 2. *p.* 105. *t.* 3.

hetero-phylla. 19. F. foliis laxis: radicalibus setaceis; caulinis planis latioribus, panicula rara: spiculis subsexfloris lanceolatis glabris aristatis. *Hall. hist. stirp. helv.* 2. *n.* 1438.

arundinacea. 20. F. panicula rigida: spiculis compressis aristatis subsexfloris. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 106. *Scheuchz. gram. t.* 5. *f.* 18.

** *Panicula æquali.*

varia. 21. F. panicula subæquali striata pauciflora: spiculis quadrifloris teretibus glabris subaristatis, foliis setaceis. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1439.

picta. 22. F. glumarum marginibus roseis. *Koenig Naturf.* 23. *p.* 211. *an distincta species?*

fusca. 23. F. panicula erecta ramosa: spiculis sessilibus carinatis muticis.

pauciflora. 24. F. panicula effusa: spiculis subquadrifloris aristatis scabris, foliis villosis. *Thumb. fl. jap. p.* 52.

fluitans. 25. F. panicula ramosa erecta: spiculis subsessilibus teretibus muticis. *Flor. dan. t.* 237. *Schreb. gram. t.* 3.

speciosa. 26. F. panicula erecta: spiculis subteretibus subulatis nudis submuticis. *Schreb. gram. t.* 13.

indica. 27. F. panicula erecta contracta: spiculis compressis subaristatis subsexfloris. *Rheed. h. malab.* 12. *t.* 45.

triflora. 28. F. panicula erecta contracta: spiculis trifloris muticis, foliis glaucis rigidis. *Ger. fl. prov. t.* 2. *f.* 1.

calicina. 29. F. panicula contracta: spiculis linearibus; calice flosculis longiore, foliis basi barbatis.

misera. 30. F. panicula coarctata glumisque aristatis scabris, culmo geniculato infracto. *Thumb. fl. jap. p.* 52.

mucronata. 31. F. panicula glomerata: spiculis multifloris; flore glandulifero. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 22. *an hujus generis?*

cristata. 32. F. panicula spicata lobata: spiculis ovatis latis sexfloris hirsutis.

dichotoma. 33. F. panicula dichotoma: spiculis sessilibus patentissimis linearibus, trifloris muticis. *Forsk. fl. æg. ar. p.* 22.

lanceolata. 34. F. ſpiculis ſeptemfloris muticis lanceolatis, caule decumbente. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 22.

ſpinoſa. 35. F. fruteſcens, ramis ramuliſque ſpinoſis, pedicellis aculeatis. *Suppl.* 111.

monoſtachya. 36. F. ſpicula terminali unica: ariſtis longis, foliis ciliatis. *La Marck dict. bot. n.* 13.

quadriflora. 37. F. panicula ſubcoarctata: ſpiculis quadrifloris; floribus ſeta longa terminatis. *Walt. flor. carol. p.* 81.

octoflora. 38. F. panicula erecta, ſpiculis octofloris acuminatis. *Walt. flor. carol. p.* 81.

multiflora. 39. F. repens, paniculis erectis ovatis: ſpiculis octo ad quadragintafloris acutis. *Walt. flor. carol. p.* 81.

89. BROMUS. *Cal.* 2valvis. *Spicula* oblonga, *teres*, diſticha; ariſta infra apicem.

ſcalinus. 1. Br. panicula patente: ſpiculis ovatis, compreſſis; glumis nudis diſtinctis: ariſtis ſubulatis brevioribus ſubflexuoſis. *Leers fl. herb. t.* 11. *f.* 2.

multiflorus. 2. Br. panicula patente: ſpiculis lanceolatis compreſſis glumis nudis marginatis imbricatis: ariſtis capillaribus æqualibus rectis. *Weigel obſ. bot. t.* 1. *f.* 1.

japonicus. 3. Br. panicula patente ramoſa: ſpiculis oblongis glabris; ariſtis divaricatis. *Thunb. fl. jap. p.* 52.

triflorus. 4. Br. panicula patente: ſpiculis ſubtrifloris. *Flor. dan. t.*440.

polyſtachyos. 5. Br. panicula patente: ramis ſpicatis; ſpiculis alternis adpreſſis linearibus breviſſime ariſtatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 23.

ſterilis. 6. Br. panicula patula: ſpiculis oblongis diſtichis; glumis ſubulato-ariſtatis. *Curt. flor. Lond. t.* 24. *an idem cum bromo tectorum?*

madritenſis. 7. Br. panicula rariore patulo-erecta: ſpiculis linearibus; intermediis geminis, pedicellis ſuperne incraſſatis. *Barr. pl. rar. ic.* 76. *f.* 1.

ſtrictus. 44. Br. panicula laxa: racemis paucifloris; ſpiculis ſubtrifloris. *Scop. flor. carniol.*

bifidus. 8. Br. panicula erecta ramoſa: ſpiculis ovatis ſubtrifloris; glumis bifido-ſetaceis: ariſta divaricata. *Thunb. fl. jap. p.* 53.

geniculatus. 9. Br. panicula erecta: flosculis distantibus; pedunculis angulatis, culmo genu procumbente. *Mant. p.* 33. *Schreb. gram. t.* 31.

erectus. 10. Br. panicula erecta subtruncata: spiculis oblongis hirsutis aristatis subquinquefloris, culmis erectis, foliis duris. *Scheuchz. gram. t.* 5. *f.* 13.

incrassatus. 38. Br. panicula erecta ovato-pyramidata: spiculis glabris subquadrifloris; pedicellis superne incrassatis. *La Marck dict. bot. n.* 16.

dilatatus 39. Br. panicula erecta: spiculis subsexfloris superne dilatatis; aristis longis divaricatis. *La Marck dict. bot. n.* 13.

alopecuros. 40. Br. panicula erecta conferta: spiculis oblongis subsessilibus; aristis inferne spiraliter contortis. *Poiret voy. en Barbar.* 2. *p.* 100.

mollis. 11. Br. panicula erectiuscula: spiculis ovatis pubescentibus; aristis rectis, foliis mollissime villosis. *Schreb. gram. t.* 6. *Curt. flor. Lond. t.* 15.

stipoides. 12. Br. panicula erectiuscula: pedunculis ensiformibus. *Mant. p.* 557.

angustifolius. 42. Br. panicula erecta: spiculis linearibus 3-7floris, aristis brevibus, foliis linearibus. *Hall. hist. stirp. Helv. indig. n.* 1507.

ambiguus. 43. Br. panicula erecta: aristis divaricatis, culmo basi geniculato. *Cyrill. plant. rar. Neap. fasc.* 1. *t.* 2.

aquaticus. 44. Br. panicula suberecta: ramis binis, spiculis glabris oblongo-ovatis; aristis longioribus. *Hall. hist. plant. helv. n.* 1510.

grandiflorus. 45. Br. panicula nutante diffusa: spiculis compressis sexfloris, glumis lanceolatis; aristis longioribus. *Schranck baier. Flora* 1. *p.* 362.

squarrosus. 13. Br. panicula nutante: spiculis ovatis; aristis divaricatis. *Scheuchz. gram. t.* 5. *f.* 11.

purgans. 14. Br. panicula nutante crispa: glumis villosis, foliis utrinque nudis: vaginis pilosis. *Fewill. peruv. t.* 1?

asper. 15. Br. panicula nutante scabra: spiculis villosis aristatis, foliis scabris. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 7. *f.* 27.

ciliatus. 16. Br. panicula nutante: glumis ciliatis, foliis utrinque vaginisque subpilosis.

arvensis. 17. Br. panicula nutante: spiculis ovato-oblongis. *Flor. dan. t.* 293.

tectorum. 18. Br. panicula nutante: ſpiculis linearibus; pedunculis piloſis. *Leers fl. herbom. t.* 10. *f.* 2.

giganteus. 19. Br. panicula nutante: ſpiculis quadrifloris; ariſtis brevioribus. *Schreb. gram. t.* 11.

jubatus. 20. Br. panicula nutante: ſpiculis quadrifloris; ariſtis longioribus. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 118. *n.* 8.

montanus. 21. Br. panicula nutante: ſpiculis ſubſexfloris; ariſtis longioribus. *Pollich fl. palat. n.* 116.

hirſutus. 22. Br. panicula nutante ſcabra: ſpiculis teretibus ſublinearibus decemfloris; ariſtis rectis, vaginis foliorum hirſutis. *Hudſ. flor. angl.* 51.

rubens. 23. Br. panicula faſciculata: ſpiculis ſubſeſſilibus villoſis, ariſtis erectis.

ſcoparius. 24. Br. panicula faſciculata: ſpiculis ſubſeſſilibus glabris; ariſtis patentibus.

rigens. 27. Br. panicula ſpicata: ſpiculis ſubſeſſilibus erectis pubeſcentibus ſubquadrifloris. *Mant. p.* 33.

phleoides. 28. Br. panicula ſpicata: calicibus ſubtrifloris dorſo ciliatis. *Villars pl. Delph.* 1. *p.* 249. 2. *p.* 95.

Phœnix. 29. Br. panicula ſpicata: ſpiculis octofloris teretibus compreſſis pendulis. *Buxb. cent.* 5. *t.* 15.

villoſus. 25. Br. panicula faſciculata: ſpiculis ſexfloris glabris linearibus pedicellatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 23.

poiformis. 26. Br. panicula ſpicata ovato-oblonga: ſpiculis compreſſis horizontalibus quinquefloris. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 23.

racemoſus. 30. Br. racemo ſimpliciſſimo: pedunculis unifloris; ſpiculis ſexfloris lævibus ariſtatis.

gracilis. 31. Br. racemo ſimpliciſſimo nutante: ſpiculis alternis ſeſſilibus remotis teretibus ſubulatis glabris ariſtatis. *Leyſ. fl. hal. n.* 116.

ramoſus. 32. Br. culmo ramoſiſſimo, ſpiculis ſeſſilibus, foliis involuto-ſubulatis. *Mant. p.* 34. *Curt. flor. Lond. t.* 105.

pinnatus. 33. Br. culmo indiviſo, ſpiculis alternis ſubſeſſilibus teretibus ſubariſtatis. *Leers flor. herb. t.* 10. *f.* 3. *an potius ad triticum ſpectat?*

β?) *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1432.

ſilvaticus. 34. Br. ſpiculis alternis ſubdiſtichis ſeſſilibus ariſtatis. *Flor. dan. t.* 164. *an ſatis diſtinctus a pinnato?*

massilien- 35. Br. spiculis compressis : glumis interioribus ciliatis,
sis. foliis utrinque inferioribusque vaginis pubescentibus ; superioribus glabris. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 203. *an distincta satis species?*

cristatus. 36. Br. spiculis distiche imbricatis sessilibus depressis. *Schreb. gram. t.* 23. *f.* 2.

triticeus. 45. Br. spica composita, receptaculo villoso. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1423.

Plukenetii. 46. Br. spicis binis terminalibus, foliis convolutis pungentibus. *Pluken. phytogr. t.* 33. *f.* 1.

distachyos. 37. Br. spicis subbinis compressis multifloris. *Gouan. hort.* 48.

pauper. 41. Br. spica brachiata : spiculis remotis appressis lanceolatis compressis erectis; glumis lanceolatis aristam æquantibus. *Weigel obs. bot. p.* 17. *t.* 1. *f.* 8.

90. STIPA. *Cal.* 2valvis, uniflorus. *Cor.* valva exteriore arista terminali : basi articulata.

pennata. 1. St. aristis lanatis.

juncea. 2. St. aristis nudis, rectis, calicibus semine longioribus, foliis intus lævibus.

capillata. 3. St. aristis nudis curvatis, calicibus semine longioribus, foliis intus pubescentibus.

Aristella. 4. St. aristis nudis rectis calice vix duplo longioribus. *Syst. nat.* XII. 4. *p.* 229.

tenacissima. 5. St. aristis basi pilosis, panicula spicata, foliis filiformibus.

avenacea. 6. St. aristis nudis, calicibus semen æquantibus.

membranacea. 7. St. pedicellis dilatatis membranaceis. *Mant. p.* 326.

arguens. 8. St. aristis nudis, bracteis basi barbatis, flosculis sessili fasciculatis. *Rumpf amb.* 6. *t.* 6. *f.* 1.

spicata. 9. St. aristis seminudis, floribus spicatis. *Suppl. p.* 111.

paleacea. 10. St. aristis contortis tomentosis, calicem superantibus, glumis subfasciculatis. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 101.

91. AVENA. *Cal.* 2valvis, multiflorus: arista dorsali contorta.

sibirica. 1. A. paniculata, calicibus unifloris, seminibus hirsutis, aristis calice triplo longioribus. *Gmel. fl. sib.* 1. *t.* 22. *nonne potius agrostidis species?*

stipiformis. 2. A. paniculata, calicibus bifloris, aristis semine duplo longioribus, culmo ramoso. *Mant. p.* 34. *an forsan cum 4 sequentibus airæ adjungenda?*

pensylvanica. 3. A. panicula attenuata, calicibus bifloris, seminibus villosis, aristis calice duplo longioribus.

lutea. 4. A. panicula patente: calicibus bifloris subulatis, corollis nudis triaristatis: arista intermedia flexuosa. *Suppl. p.* 112.

purpurea. 5. A. panicula coarctata: calicibus bifloris ovatis, corollis villosis: gluma exteriori bifida, arista terminali inflexa. *Suppl. p.* 112.

Loeflingiana. 6. A. panicula contracta: flosculis binis hirsutis; altero pedunculato apice biaristato: arista intermedia longiori. *Suppl. p.* 112.

strigosa. 7. A. panicula oblonga contracta secunda: flosculis geminis apice biaristatis; dorso arista geniculata. *Schreb. spic. fl. Lips. p.* 52.

sativa. ☉ 8. A. paniculata, calicibus dispermis, seminibus lævibus; altero aristato. *Blackw. herb. t.* 422. *Regnault bot. t.* 15.

pubescens. 9. A. subspicata, calicibus subtrifloris basi pilosis, foliis planis pubescentibus. *Mant. p.* 327. *Leers fl. herb. t.* 9. *f.* 2.

montana. 10. A. panicula erecta: spiculis pedunculatis subtrifloris, foliis planis subhirsutis rigidis. *Monti prodr. gram. t.* 65.

sesquitertia. 11. A. paniculata, calicibus subtrifloris: flosculis omnibus aristatis; receptaculis barbatis. *Mant. p.* 34. *Scheuchz. gram. t.* 4. *f.* 17.

dubia. 12. A. paniculata, calicibus subtrifloris: flosculo infimo terminali arista recta; reliquis apice biaristatis, dorsali arista reflexa. *Leers fl. herb. n.* 89. *Villars pl. Delph.* 2. *t.* 4.

brevis. 13. A. paniculata, calicibus subtrifloris seminibus brevibus obtusis apice bidentatis, arista dorsali scabra. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 40.

14. A.

nuda. 14. A. paniculata, calicibus trifloris receptaculo brevioribus, petalis dorso ariſtatis: floſculo tertio mutico. *Hall. n. comm. Goett.* 6. *t.* 2. 4.

fatua. 15. A. paniculata, calicibus trifloris: floſculis omnibus ariſtatis baſique piloſis. *Schreb. gram. t.* 15.

flaveſcens. 16. A. panicula laxa: calicibus trifloris brevibus: floſculis omnibus ariſtatis. *Mant. p.* 326. *Schreb. gram. t.* 9. *Curt. flor. Lond. t.* 212.

hiſpida. 17. A. paniculata, calicibus trifloris piloſis. *Suppl. p.* 111.

aurata. 31. A. panicula ſtricta: ſpiculis elongatis, floſculis baſi villoſis, foliis ſetaceis. *Hall. hiſt. ſtirp. Helv.* 2. *n.* 1488.

capenſis. 18. A. panicula coarctata: calicibus trifloris ſubulatis, corolla pubeſcente: ariſta intermedia tortili curva. *Suppl. p.* 112.

lupulina. 19. A. panicula coarctata ovata: calicibus trifloris lanceolatis, corollis villoſis: gluma exteriori bimucronata; ariſta intermedia reflexa. *Suppl. p.* 113.

diſtichophylla. 20. A. paniculata, ſpiculis binatis trifloris, foliis faſciculatis diſtiche patentibus, culmis baſi ramoſis. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 144. *t.* 4.

ſetacea. 21. A. panicula purpuraſcente: ſpiculis trifloris; ariſtis nigris recurvis, foliis ſetaceis. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 144. *t.* 5.

ſempervirens. 22. A. paniculata, calicibus trifloris baſi lanatis, foliis rigidis acutis involutis ſempervirentibus. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 140. *t.* 5.

fragilis. 23. A. ſpicata, calicibus quadrifloris floſculo longioribus. *Mant. p.* 326. *Schreb. gram. t.* 24. *f.* 3.

pratenſis. 24. A. ſubſpicata, calicibus quinquefloris. *Mant. p.* 327. *Leers fl. herb. t.* 9. *f.* 1.

ſterilis. 25. A. paniculata, calicibus quinquefloris: exterioribus floſculis ariſtiſque baſi piloſis; interioribus muticis. *Pet. gaz. t.* 38. *f.* 7.

calicina. 26. A. panicula ſimplici: ſpiculis quinquefloris calicis longitudine, foliis planis baſi piloſis. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 148. *t.* 2.

Scheuchzeri. 32. A. panicula anguſta: pedunculis ramoſis; ſpiculis teretibus quinquefloris baſi pubeſcentibus. *Scheuchz. it. alp.* 6. *t.* 19.

versicolor. 27. A. panicula spicata flavescente: spiculis sexfloris distinctis pedunculi longitudine, rhachi hirsuta. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 142. *t.* 4.

caroliniana. 28. A. panicula attenuata. *Walt. flor. carol. p.* 81. *an distincta species?*

spicata. 29. A. spicata, calicibus sexfloris longioribus, petalo exteriore apice aristato furcatoque.

bromoides. 30. A. subspicata, spiculis binatis: altera pedunculata, aristis divaricatis, calicibus octofloris. *Scheuchz. gram. t.* 4. *f.* 21. 22.

rupestris. 33. A. hirta, foliis angustis, aristis recurvis. *Hall. hist. stirp. Helv.* 2. *n.* 1478.

1359. ANTHISTIRIA. *Cal.* æqualiter ad basin fissus in lacinias 4 æquales.

ciliata. 1. A. foliis superioribus basi involucrisque ciliatis. *Suppl. p.* 113. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 668. *Mant. p.* 303. Andropogon nutans.

imberbis. 2. A. foliis involucrisque nudis. *Acharius apud Koenig obs. bot.* 3. *p.* 11.

92. LAGURUS. *Cal.* 2valvis: arista villosa. *Cor.* petalo exteriore aristis 2 terminalibus: tertia dorsali retorta.

ovatus. 1. L. spica ovata aristata. *Schreb. gram. t.* 19. *f.* 3. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 1. *t.* 1. *f.* 5.

cylindricus. 2. L. spica cylindrica mutica. *Barr. pl. rar. ic.* 11.

93 ARUNDO. *Cal.* 2valvis, multiflorus. *Flosculi* lana cincti.

gigantea. 1. A. calicibus quinque-ad decemfloris, panicula laxa, foliis fauce setosis. *Walt. flor. carol. p.* 81.

Donax. 2. A. calicibus quinquefloris, panicula diffusa, culmo fruticoso. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 8. *f.* 9.

phragmites. 3. A. calicibus quinquefloris, panicula laxa. *Leers fl. herb.* t. 7. f. 1.

bifaria. 4. A. culmo erecto folioso, foliis bifariis, panicula coarctata: calicibus trifloris. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 21.

Rugi. 5. A. calicibus trifloris, foliis subulatis glabris. *Molin. hist. nat. Chil. p.* 130.

Quila. 6. A. calicibus trifloris, foliis ensiformibus serratis. *Molin. hist. nat. Chil. p.* 130.

Valdivia. 7. A. calicibus trifloris, foliis subulatis pubescentibus. *Molin. hist. nat. Chil. p.* 131.

mauritanica. 8. A. calicibus trifloris panicula elongata, foliis angustis involutis. *Poir. voy. en Barbar.* 2. *p.* 104.

tecta. 9. A. culmis tectis stipulis intermedia superantibus, foliis fauce setosis. *Walt. flor. carol. p.* 81.

64. ARISTIDA. *Cal.* 2valvis 1florus. *Cor.* 2valvis: valva exteriori aristis 3 terminalibus; interiori brevissima. *Nectar.* 2phyllum.

adscensionis. 1. A. panicula ramosa: spicis sparsis. *Sloan. hist. jam.* 1. *t.* 2. *f.* 56.

americana. 2. A. paniculae ramis simplicissimis: spicis alternis.

plumosa. 3. A. paniculata, arista intermedia longiore lanata, culmis villosis. *Sp. pl. p.* 1666.

arundinacea. 4. A. paniculata, arista intermedia longiore laevi. *Mant. p.* 186.

gigantea. 5. A. panicula elongata effusa secunda: calicibus unifloris, aristis corollae subaequalibus rectis. *Suppl. p.* 113.

Hystrix. 6. A. panicula divaricata patentissima: flosculis simplicissimis glabris; aristis rectis divaricatis. *Suppl. p.* 113.

setacea. 7. A. culmo erecto, aristis scabriusculis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 22.

Arundo villosissima Forsk fl. aeg. arab. p. XIX. *utrum distincta hujus, an calamagrostidis species?*

depressa. 8. A. culmis trifido-ramosis decumbentibus, aristis scabriusculis. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 4. *p.* 22.

lanata. 9. A. panicula ramosa, arista intermedia lanata. *Forsk. fl. æg. ar. p.* 25.

paniculata. 10. A. spiculis linearibus oblongis: aristis glabris. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 25.

95. LOLIUM. *Cal.* 1phyllus, fixus, multiflorus. *Spiculæ* alternæ.

perenne. 1. L. spica mutica: spiculis compressis multifloris. *Flor. dan. t.* 740. *Schreb. gram. t.* 37.

tenue. 2. L. spica mutica tereti: spiculis trifloris.

tumulentum. 3. L. spica aristata: spiculis compressis multifloris. *Flor. dan. t.* 160. *Schreb. gram. t.* 36.

remotum. 4. L. spiculis remotis: aristis brevissimis. *Schranck. baier. Flor.* 1. *p.* 382.

distachyon. 5. L. spica binata: calicibus unifloris, corollis lanatis. *Mant. p.* 187. *an hujus generis?*

1360. ROTTBOELLIA. *Rhachis* articulata, flexuosa teretiuscula, sæpe filiformis: *flosculis* alternis. *Cal.* ovato-lanceolatus, compressus, simplex vel 2partitus.

incurvata. 1. R. spica tereti subulata: gluma calicina subulata adpressa bipartita. *Suppl. p.* 114. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 671. Ægilops incurvata. *Gill. pl. rar. Neap. fasc.* 1. *t.* VI. H.

compressa. 2. R. spica compressa subulata: gluma calicina lanceolata plana indivisa. *Suppl. p.* 114.

dimidiata. 3. R. spica dimidiata compressa lineari: latere exteriori aggregato flosculoso; interiori lævi nudo. *Suppl. p.* 114. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 87. Panicum dimidiatum. *Burm. fl. ind. t.* 8. *f.* 3.

exaltata. 4. R. ſpica tereti filiformi undique floſculoſa: glumis ovatis obtuſis, vaginis punctato-hirſutis. *Suppl. p.* 114.

corymboſa. 5. R. ſpicis aggregatis lateribus filiformibus: floſculis bifariis patentibus, foliis baſi ciliatis. *Suppl. p.* 114. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 671. Ægilops exaltata.

lævis. 6. R. ſpica floſculis binatis lateribus: pedunculis longiſſimis, calicibus ovatis impunctatis lævibus. *Koenig apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 11.

Tranchel-li. 7. R. ſpicis compreſſis pluribus faſciculatis pedunculatis: calicibus acutis. *Tranchell. apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 12. *an ſatis diſtincta a compreſſa?*

punctata. 8. R. ſpicis teretibus pluribus faſciculatis ſubſeſſilibus: floſculis ſolitariis alternis; calicibus punctatis. *Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 12. *n.* 28.

muricata. 9. R. ſpicis teretibus pluribus longe pedunculatis: calicibus ciliato-aculeatis; neutris bifidis. *Retz. obſ. bot.* 2. *n.* 98. & 3. *p.* 12. *n.* 29.

ſanguinea. 10. R. paniculæ ſpicis ariſtatis alternis ſimplicibus pedunculatis: florum bractea laterali ciliata. *Bladh. apud Retz. obſ. bot.* 3. *p.* 25.

coelorhachis. 11. R. ſpica tereti unilaterali: floſculis geminis; altero pedicellato, calice bivalvi. *Forſt. fl. auſtr. p.* 9.

repens. 12. R. ſpica tereti ſubulata: gluma calicina univalvi indiviſa. *Forſt. fl. auſtr. p.* 9.

altiſſima. 13. R. ſpicis tereti-ſubulatis ſubfaſciculatis. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 105.

96. ELYMUS. *Cal.* lateralis, 2valvis, aggregatus, multiflorus.

arenarius. 1. E. ſpica erecta arcta: calicibus tomentoſis floſculo longioribus. *Schreb. gram. t.* 40.

ſibiricus. 2. E. ſpica pendula arcta: ſpiculis binatis calice longioribus. *Schreb. gram. t.* 21. *f.* 1.

philadelphicus. 3. E. ſpica pendula patula: ſpiculis ſexfloris; inferioribus ternatis.

canadenſis. 4. E. ſpica nutante patula: ſpiculis inferioribus ternatis; ſuperioribus binatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 10. *f.* 2.

caninus. 5. E. spica nutante arcta: spiculis rectis involucro destitutis; infimis geminis. *Leers fl. herb. t.* 12. *f.* 4.

tener. 6. E. spica pendula: flosculis geminis. *Suppl. p.* 1114.

virginicus. 7. E. spica erecta: spiculis trifloris, involucro striato.

europæus. 8. E. spica erecta: spiculis bifloris, involucro æqualibus. *Scheuchz. gram. prodr. t.* 1. *f.* 1.

carolinianus. 9. E. spica erecta lævi; spiculis involucro æqualibus trifloris; floro intermedio pedicellato sterili, aristis longitudine florum. *Walt. flor. carol. p.* 82.

Caput Medusæ. 10. E. spiculis bifloris: involucris setaceis patentissimis. *Schreb. gram. t.* 24. *f.* 2.

Hystrix. 11. E. spica erecta: spiculis involucro destitutis simplicibus; *nonne distincti generis?*

subulatus. 12. E. spica subulata: spiculis unifloris distichis alternis adpressis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 26. *an hujus generis?*

97. SECALE. *Cal.* oppositus, 2valvis, 2florus, solitarius.

cereale. 1. S. glumarum ciliis scabris. *Blackw. herb. t.* 424.

villosum. 2. S. glumarum ciliis villosis, squamis calicinis cuneiformibus. *Buxb. cent.* 5. *t.* 41.

orientale. 3. S. glumis hirsutis, squamis calicinis subulatis.

creticum. 4. S. glumis extrorsum ciliatis.

prostratum. 5. S. glumis subtrifloris: squamis calicinis carinatis. *Pall. it.* 1. *p.* 485.

98. HORDEUM. *Cal.* lateralis, 2valvis, 1florus, ternus.

vulgare. 1. H. flosculis omnibus hermaphroditis aristatis: ordinibus duobus erectioribus. *Haller. nov. comm. Goett.* 6. *t.* 2. *Regn. bot. t.* 364.

hexastichon. 2. H. flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, seminibus sexfariam æqualiter positis.

distichon. 3. H. flosculis lateralibus masculis muticis, seminibus angularibus imbricatis. *Haller. nov. comm. Goett.* 6. *t.* 3.

Zeocrithon. 4. H. flosculis lateralibus masculis muticis, feminibus angularibus patentibus corticatis. *Schreb. gram. t.* 17.

bulbosum. 5. H. flosculis omnibus ternis fertilibus aristatis : involucris setaceis ciliatis. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 6. *f.* 7.

nodosum. 6. H. flosculis lateralibus masculis muticis : involucellis setaceis laevibus. *Raj. syn. angl.* 3. *t.* 20. *f.* 2.

perversum. 7. H. flosculo medio masculo aristato. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* XIX.

murinum. 8. H. flosculo medio hermaphrodito aristato : aristis longis, lateralibus masculis muticis. *Forsk. fl. aeg. ar. p.*XIX. *an distincta species ?*

murinum. 9. H. flosculis lateralibus masculis aristatis dorso glabris : involucris intermediis ciliatis. *Flor. dan. t.* 629.

secalinum. 10. H. flosculis lateralibus masculis filiformibus aristatis dorso glabris : involucris setaceis scabris. *Schreb. spic. fl. lips. p.* 148.

maritimum. 11. H. flosculis lateralibus masculis aristatis dorso hirsutissimis : involucris scabris. *Flor. dan. t.* 630.

pratense. 12. H. flosculis lateralibus masculis muticis : involucris setaceis scabris. *Hudf. flor. angl.* 56.

jubatum. 13. H. aristis involucrisque setaceis longissimis. *Schreb. gram. t.* 24. *f.* 3.

montanum. 14. H. flosculis lateralibus masculis, medii arista longissima. *Scheuchz. agrostogr. prodr. t.* 1.

geniculatum. 15. H. culmo decumbente foliis obtecto : summo spathaceo, supremo nodo incurvato. *Allion. fl. pedem. t.* 91. *f.* 3.

99. TRITICUM. *Cal.* 2valvis, solitarius, subtriflorus. *Flos* obtusiusculus.

* *Annua.*

aestivum. 1. Tr. calicibus quadrifloris ventricosis glabris imbricatis aristatis. *Hall. nov. comm. Goett.* 5. *t.* 1. *f.* 1. *Blackw. herb. t.* 40. *f.* 4. 5.

hibernum. 2. Tr. calicibus quadrifloris ventricosis laevibus imbricatis submuticis. *Hall. n. Comm. Goett.* 5. *t.* 1. *f.* 2. *Blackw. herb. t.* 40. *f.* 1-3.

compositum. 3. Tr. ſpica compoſita : ſpiculis confertis ariſtatis. *Suppl. p.* 115.

turgidum. 4. Tr. calicibus quadrifloris ventricoſis villoſis imbricatis obtuſis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 1. *f.* 14.

polonicum. 5. Tr. calicibus bifloris nudis : floſculis longiſſime ariſtatis, rhacheos dentibus barbatis. *Hall. n. comm. Goett.* 5. *t.* 1. *f.* 16.

Spelta. 6. Tr. calicibus quadrifloris truncatis : floſculis ariſtatis hermaphroditis : intermedio neutro. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 6. *f.* 1. 3.

monococcon. 7. Tr. calicibus ſubtrifloris : primo ariſtato ; intermedio neutro. *Haller nov. comm. Goett.* 5. *t.* 1. *f.* 17.

proſtratum. 8. Tr. ſpica diſticha ovata : calicibus multifloris ; floſculis imbricatis ariſtato-mucronatis. *Suppl. p.* 114. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 44.

pumilum. 9. Tr. ſpica ovata : glumis ſubariſtatis ; calicinis biſulcatis. *Suppl. p.* 114.

bicorne. 10. Tr. calicibus ſtriatis bicornibus trifloris : floſculis lateralibus fertilibus ariſtatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 26.

** *Perennia.*

junceum. 11. Tr. calicibus quinquefloris truncatis, foliis involutis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 1. *f.* 5.

repens. 12. Tr. calicibus quadrifloris ſubulatis acuminatis, foliis planis. *Flor. dan. t.* 748. *Schreb. gram. t.* 26.

maritimum. 13. Tr. panicula coarctata ſecunda rigida, ſpiculis ſubſeſſilibus unilateralibus multifloris : foliis planis ſubmucronatis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 2. *f.* 6.

tenellum. 14. Tr. calicibus ſubquadrifloris : floſculis muticis acutis, foliis ſetaceis. *Moriſ. hiſt. pl.* 3. *t.* 2. *f.* 3.

unilaterale. 15. Tr. calicibus unilateralibus alternis muticis. *Mant. p.* 35. *Pluckn. phyt.* 32. *f.* 7.

bromoides. 16. Tr. ſpiculis teretibus remotis. *Wiggers fl. holſ. p.* 11.

An diſtincta ſpecies hujus generis Triticum ægilopoides a Forskählio *fl. æg. arab. p.* 26. *memoratum.*

TRIGYNIA.

1331. RESTIO. *Flores* dioici. *Amentum* imbricatum: *squamis* unifloris. *Cor.* 6petala.
♀. *Stil.* persistentes. *Caps.* 3locularis, plicata, polysperma.

paniculatus. 1. R. culmo dichotomo folioso, ramis compressis, spicis sessilibus alternis erectis. *Fr. Rottb. pl. descr. & ic. t. 2. f. 3.*

verticillaris. 2. R. ramis verticillatis articulatis, panicula composita coarctata. *Suppl. p.* 425. *Thunb. de rest. p.* 19. *n.* 22. *cum ic.*

dichotomus. 3. R. culmis dichotomis, dichotomis decumbentibus, ramis teretibus spicis solitariis. *Fr. Rottb. pl. descr. & ic. t. 2. f. 1.*

vimineus. 4. R. culmis simplicibus, spicis corymbosis. *Fr. Rottb. pl. descr. et ic. t. 1. f. 1. an idem cum dichotomo?*

triflorus. 5. R. culmis simplicibus foliosis, spicis alternis sessilibus simplicibus. *Fr. Rottb. pl. descr. & ic. p.* 3.

simplex. 6. R. culmis simplicibus subfoliosis, spicis alternis subaggregatis: squamis ovatis. *Fr. Rottb. pl. descr. & ic. t. 2. f.* 5.

Elegia. 7. R. culmis simplicibus, spica glomerata: spathis partialibus vagis simplicibus. *Mant. p.* 297. Elegia juncea. *Rottb. pl. descr. & ic. t. 3. f.* 4.

cernuus. 8. R. culmo simplici aphyllo, spicis turbinatis pendulis. *Suppl. p.* 425. *Thunb. de restion. p.* 10. *n.* 4. *cum ic.*

tectorum. 9. R. culmo simplici aphyllo, racemo composito erecto subsecundo. *Suppl. p.* 425.

imbricatus. 13. R. culmo simplici aphyllo, spica oblonga compressa. *Thunb. de restion. p. 6. n. 1. cum ic.*

vaginatus. 14. R. culmo simplici aphyllo, spicis alternis erectis, squamis acuminatis. *Thunb. de restion. p. 7. n.* 2.

aristatus. 15. R. culmo simplici aphyllo, spicis terminalibus obovatis erectis, squamis aristatis. *Thunb. de restion. p. 7. n.* 3.

umbellatus. 16. R. culmo simplici aphyllo, spicis umbellatis ovatis, squamis oblongis obtusis. *Thunb. diss. de rest. p. 11. n. 5. cum ic.*

spiciger. 17. R. culmo simplici aphyllo, spicis oblongis hexagonis, squamis lanceolatis apice patulis. *Thunb. de rest. p. 11. n. 6. cum ic.*

acuminatus. 18. R. culmo simplici aphyllo, panicula erecta, squamis aristatis. *Thunb. de rest. p.* 13. *n.* 8. *Rottb. gram. t.* 3. *f.* 32.

parviflorus. 19. R. culmo simplici aphyllo, panicula erecta, squamis rotundatis membranaceis. *Thunb. de restion. p.* 13. *n.* 9.

erectus. 20. R. culmo simplici aphyllo, panicula erecta involucrata, spathis imbricatis lanceolatis. *Thunb. de rest. p.* 14. *n.* 10.

argenteus. 21. R. culmo simplici aphyllo, panicula erecta, squamis lanceolatis scariosis. *Thunb. de restion. p.* 14. *n.* 11.

scariosus. 22. R. culmo simplici folioso, spicarum squamis lanceolatis scariosis. *Thunb. de restion. p.* 15. *n.* 12.

thamnochortus. 23. R. culmo simplici folioso, panicula patente, squamis lanceolatis margine scariosis. *Thunb. de rest. p.* 15. *n.* 13. *Fr. Rottb. gram. p.* 2. *t.* 1. *f.* 1.

fruticosus. 24. R. culmo simplici folioso, panicula composita, squamis scariosis laceris. *Thunb. de rest. p.* 16. *n.* 14.

tetragonus. 25. R. culmo ramisque tetragonis, spicis alternis. *Thunb. de restion. p.* 17. *n.* 17.

triticeus. 26. R. culmo dichotomo aphyllo erecto, ramis teretibus, spicis alternis. *Thunb. de rest. p.* 17. *n.* 18. *Fr. Rottb. gram. t.* 3. *f.* 1.

glomeratus. 27. R. culmo dichotomo aphyllo lævi, panicula glomerata. *Thunb. de rest. p.* 18. *n.* 19.

incurvatus. 28. R. culmo dichotomo aphyllo stricto, spicis imbricato-aggregatis. *Thunb. de rest. p.* 18. *n.* 20.

digitatus. 29. R. culmo dichotomo aphyllo, ramis teretibus, spicis ternis oblongis. *Thunb. de restion. p.* 18. *n.* 21.

Scopa. 30. R. culmo dichotomo folioso, ramis compressis, paniculæ spicis glomeratis. *Thunb. de restion. p.* 19. *n.* 23.

virgatus. 31. R. culmo dichotomo folioso, ramis compressis, spicis paniculatis pendulis. *Thunb. de restion. p.* 20. *n.* 24.

1280. CATURUS. *Flores* dioici.

♂. *Cor.* 3fida. *Cal.* o.
♀. *Cal.* 3partitus. *Cor.* o. *Caps.* 3cocca.

spiciflorus. 1. CATURUS. *Mant. p.* 127. *Burm. fl. ind. t.* 61. *f.* 1.

1102. EXCÆCARIA. *Flores* dioici. *Amentum* nudum. *Cal.* o. *Cor.* o.

Agallocha. 1. EXCÆCARIA. *Rumpf amb.* 2. *t.* 79. 80.

1050. PHYLLANTHUS. *Flores* monoici. *Cal.* 6-partitus campanulatus. *Cor.* o.
♀. *Stili* bifidi. *Capf.* 3locularis. *Sem.* solitaria.

grandifolius. 1. Ph. foliis ovatis obtusis integerrimis, caule arboreo.

nutans. 2. Ph. fruticosus, foliis alternis ovalibus, subtus glaucis, racemis terminalibus foliosis nutantibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 27. *Sloan. hist. of jam.* 1. *t.* 158. *f.* 3.

mimosoides. 3. Ph. fruticosus, ramis virgatis, foliis pinnatis floriferis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 27.

Conami. 4. Ph. caule fruticoso ramosissimo, foliis petiolatis subrotundis apice attenuatis obtusiusculis, pedunculis fasciculatis axillaribus. *Aubl. pl. guj.* 3. *t.* 354.

Niruri. 5. Ph. foliolis pinnatis floriferis, floribus pedunculatis, caule herbaceo erecto. *Rheed. h. malab.* 10. *t.* 15.

Urinaria. 6. Ph. foliolis pinnatis floriferis, floribus sessilibus, caule herbaceo procumbente. *Rheed. h. malab.* 10. *t.* 16.

bacciformis. 7. Ph. foliis pinnatis: foliolis senis, flore femineo terminali. *Mant. p.* 294.

racemosus. 8. Ph. foliis pinnatis apice racemoso-floriferis, fructu baccato exsucco, caule suffruticoso. *Suppl. p.* 415.

Emblica. 9. Ph. foliis pinnatis floriferis, caule arboreo, fructu baccato. *Blackw. herb. t.* 400.

speciosus. 10. Ph. caule arboreo simplicissimo, foliis pinnatis: pinnis lanceolatis ad crenas floriferis: pedunculo unifloro. *Jacq. collect.* 2. *p.* 360.

maderaspatensis. 11. Ph. foliolis alternis cuneiformibus mucronatis.

Arbuscula. 12. Ph. foliolis lanceolatis acuminatis subcrenatis coriaceis, floribus pedunculatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 28.

falcatus. 15. Ph. foliis sparsis lineari-lanceolatis subfalcatis crenatis, floribus subsessilibus. *Pluckn. phyt.* 247. *f.* 4.

rhamnoides. 13. Ph. foliolis alternis ovatis floriferis, pedunculis inferioribus geminis masculis: superioribus solitariis femineis, caule suffruticoso. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 30.

stellatus. 16. Ph. foliis simplicibus alternis lanceolatis, umbellis sessilibus axillaribus. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 29.

carolinianus. 19. Ph. caule herbaceo erecto ramoso, foliis alternis petiolatis ovatis glabris integris, floribus axillaribus pendulis. *Walt. flor. carol. p.* 228.

simplex. 17. Ph. foliis lanceolatis decurrentibus ramisque simplicibus. *Koenig apud Retz. obs. bot.* 5. *p.* 29.

Hamcur. 14. Ph. foliis alternis pinnatis: foliolis obovato-oblongis alternis, stipulis duabus lanceolatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 159.

virgatus. 18. Ph. foliis simplicibus alternis linearibus mucronatis, pedunculis axillaribus solitariis unifloris, caule fruticoso. *Forst. fl. austr. p.* 65.

1060. AMARANTHUS. *Flores* monoici. *Cor.* 0. *Cal.* 3-5phyllus.
♂. *Stam.* 2–5.
♀. *Caps.* 1locularis, circumscissa, 1sperma.

* *diandri.*

polygamus. 1. A. glomerulis subspicatis ovatis, floribus hermaphroditis femineisque, foliis lanceolatis.

** *triandri.*

græcizans. 2. A. glomerulis axillaribus bipartitis, foliis lanceolatis repandis obtusis.

melancholicus. 3. A. glomerulis axillaribus subrotundis sessilibus, foliis lanceolatis acuminatis.

tricolor. 4. A. glomerulis axillaribus subrotundis amplexicaulibus, foliis lanceolato-ovatis coloratis. *Knorr. del. hort.* 2. *t.* A. 3. 4. 5.

albus. 5. A. glomerulis axillaribus bipartitis : bracteis subulatis, foliis ovatis emarginatis lineatis strictis. *Kniph. bot. orig. cent.* II. *n.* 2.

polygonoides. 6. A. glomerulis axillaribus, foliis ovatis emarginatis, floribus femineis infundibuliformibus obtusis. *Sloan. jam.* I. *t.* 92. *f.* 2.

mangostanus. 7. A. glomerulis subspicatis rotundatis, foliis rhombeis.

tristis. 8. A. glomerulis subspicatis rotundatis, foliis ovato-cordatis emarginatis petiolo brevioribus. *Rumpf amb.* 5. *t.* 82. *f.* 2.

lividus. 9. A. glomerulis subspicatis rotundatis, foliis rotundato-ovatis retusis.

gangeticus. 10. A. glomerulis subspicatis ovatis, foliis lanceolato-ovatis emarginatis.

Blitum. 11. A. glomerulis lateralibus, floribus trifidis, foliis ovatis retusis, caule diffuso. *Pluckn. phyt.* 212. *f.* 2.

viridis. 12. A. floribus glomeratis : masculis trifidis, foliis ovatis emarginatis, caule erecto. *Sloan. hist. jam.* I. *t.* 92. *f.* I.

deflexus. 13. A. spicis fructescentibus nutantibus carnosis, caule diffuso. *Mant. p.* 295.

scandens. 14. A. spicis interruptis compositis : spiculis inflexis, foliis ovatis, caule debili. *Suppl. p.* 419.

oleraceus. 15. A. glomerulis triandris pentandrisque, foliis ovatis obtusissimis emarginatis rugosis.

*** *Pentandri.*

paniculatus. 16. A. racemis supradecompositis : partialibus patentibus.

hybridus. 17. A. racemis decompositis congestis nudis : spiculis conjugatis. *Barr. ic.* 648.

cruentus. 18. A. racemis decompositis remotis patulo-nutantibus, foliis lanceolato-ovatis. *Mant. cent. t.* 6.

caudatus. 19. A. racemis decompositis cylindricis pendulis longissimis.

flavus. 20. A. racemis compositis : summo infimisque nutantibus, foliis obovatis mucronatis.

hypochondriacus. 21. A. racemis compositis confertis erectis, foliis ovatis mucronatis.

sanguineus. 22. A. racemis compositis erectis: lateralibus patentissimis, foliis ovato-oblongis. *Mill. ic. t.* 22.

retroflexus. 23. A. racemis lateralibus terminalibusque, caule flexuoso villoso, ramis recurvatis.

spinosus. 24. A. racemis cylindricis erectis, axillis spinosis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 83.

100. ERIOCAULON. *Cal.* communis, capitulum imbricatum. *Petala* 3 æqualia. *Stamina* supra germen.

triangulare. 1. E. culmo triangulari, foliis ensiformibus, capitulo ovato. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 16. *f.* 17.

quinquangulare. 2. E. culmo quinquangulari, foliis ensiformibus. *Plukn. alm. t.* 221. *f.* 7.

amplexicaule. 3. E. culmo quinquangulari repente, foliis confertis canaliculatis semiamplexicaulibus, capitulis difformibus. *Fr. Rottb. act. litt. Hafn.* 1. *p.* 272. *t.* 1. *f.* 1.

sexangulare. 4. E. culmo sexangulari, foliis ensiformibus. *Burm. fl. ind. t.* 9. *f.* 4.

setaceum. 5. E. culmo sexangulari, foliis setaceis. *Pet. gaz. t.* 33. *f.* 10.

decangulare. 6. E. culmo decangulari, foliis ensiformibus. *Pet. gaz. t.* 6. *f.* 2.

fasciculatum. 7. E. culmo tereti simplicissimo, foliis confertis ciliatis, pedunculis fasciculatis terminalibus. *Fr. Rottb. act. litt. Hafn.* 1. *p.* 271. *t.* 2. *f.* 1.

anceps. 8. E. culmo compresso bisulco foliisque pilosis. *Walt. flor. carol. p.* 83.

serotinum. 9. E. culmo decangulari, foliis longis lævibus erectis. *Walt. flor. carol. p.* 83.

101. MONTIA. *Cal.* 2phyllus. *Cor.* 1petala, irregularis. *Caps.* 1locularis, 2valvis.

fontana. 1. MONTIA. *Flor. dan. t.* 131.

102. PROSERPINACA. *Cal.* 3partitus, superus. *Cor.* o. *Drupa* exsucca, infera 3locularis, 3sperma.

palustris. 1. PROSERPINACA. *Gaertn. de fr. & sem. tab.* 2. *t.* 24. *f.* 8.

104. HOLOSTEUM. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5. *Caps.* 1locularis, subcylindrica, apice dehiscens.

cordatum. 1. H. foliis subcordatis. *Mant. p.* 327. *Herm. par. bot. t.* 11.

succulentum. 2. H. foliis ellipticis carnosis.

hirsutum. 3. H. foliis orbiculatis hirsutis.

umbellatum. 4. H. floribus umbellatis. *Moris. hist. pl.* 2. *s.* 22. *f.* 46.

diandrum. 5. H. foliis subrotundis, floribus diandris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 27.

1241. KOENIGIA. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* o. *Sem.* 1. ovatum, nudum.

islandica. 1. KOENIGIA. *Mant. p.* 35. *Flor. dan. t.* 418.

MEBOREA. *Cal.* 6partitus persistens. *Filament.* stilis adnata. *Caps.* obtuse 3gona, 6valvis, 6locularis, loculis 1spermis.

guianensis. 1. MEBOREA. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 825. *t.* 323.

105. POLYCARPON. *Cal.* 5phyllus. *Petala* 5 minima, ovata. *Caps.* 1locularis, 3valvis.

magellanicum. 1. P. caulibus simplicissimis, foliis linearibus sparsis imbricatis. *Suppl. p.* 415. *Forst. char. gen. pl. t.* 5. Donatia. *Corolla tamen* 8-10petala.

tetraphyllum. 2. P. caule ramoso prostrato, foliis quaternis orbiculari-ovatis. *Suppl. p.* 116. *Barrel. pl. rar. ic.* 534.

uniflorum. 3. P. foliis ellipticis, pedunculis lateralibus unifloris. *Walt. flor. carol. p.* 83.

106. MOLLUGO. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Caps.* 3locularis, 3valvis.

oppositifolia. 1. M. foliis oppositis lanceolatis, ramis alternis, pedunculis lateralibus confertis unifloris. *Pluckn. alm. t.* 75. *f.* 6.

triphylla. 5. M. foliis ternis obovatis: medio maximo, pedunculis verticillatis unifloris. *Pluckn. amalth. t.* 257. *f.* 1.

stricta. 2. M. foliis subquaternis lanceolatis, floribus paniculatis nutantibus, caule erecto angulato. *Burm. fl. zeyl. t.* 5. *f.* 3.

pentaphylla. 3. M. foliis quinis obovatis æqualibus, floribus paniculatis. *Burm. fl. zeyl. t.* 8. *f.* 12.

paniculata. 6. M. foliis quinis obovatis, pedunculis terminalibus. *Burm. th. zeyl. t.* 6. *f.* 2.

verticillata. 4. M. foliis verticillatis cuneiformibus acutis, caule subdiviso decumbente, pedunculis unifloris. *Mill. illustr. ic.*

107. MINUARTIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Caps.* 1locularis, 3valvis. *Sem.* nonnulla.

dichotoma. 1. M. floribus confertis dichotomis. *act. Stockh.* 1758. *t.* 1. *f.* 4.

campestris. 2. M. floribus terminalibus alternis bractea longioribus. *Act. Stockh.* 1758. *t.* 1. *f.* 3.

montana. 3. M. floribus lateralibus alternis bractea brevioribus. *Mant. p.* 328. *Loefl. it. t.* 1. *f.* 4.

108. QUERIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Caps.* 1locularis, 3valvis. *Sem.* 1.

hispanica. Q. floribus confertis.

canadensis. 2. Q. floribus solitariis, caule dichotomo.

109.

109. LECHEA. *Cal.* 3phyllus aut o. *Petala* 3 linearia. *Caps.* 3locularis, 3valvis: valvis totidem interioribus. *Sem.* 1.

minor. 1. L. foliis lineari-lanceolatis, floribus paniculatis. *Amœn. ac.* 3. *t.* 1. *f.* 4.

major. 2. L. foliis ovato-lanceolatis, floribus lateralibus vagis. *Stam.* 4.

juncifolia. 3. L. foliis radicalibus teretibus; floribus nudis. *Walt. flor. carol. p.* 83.

ENNEAGYNIA.

1100. EMPETRUM. *Flores* dioici. *Cal.* 3partitus. *Cor.* 3petala.
♂. *Stam.* longa.
♀. *Bacca* 9sperma.

album. 1. E. erectum.

nigrum. 2. E. procumbens. *Mill. illustr. ic.*

pinnatum. 3. E. calice quinquedentato. *La Marck. encycl.* 1. *p.* 565. *utrum hujus, an potius distincti generis?*

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores monopetali.*

† *monospermi.*

‡ *inferi.*

	SCEURA.	*Cal.* 8fidus. *Cor.* campanulata. *Sem.* 1. calice coronatum.
112.	GLOBULARIA.	*Cal.* communis imbricatus. *Cor.* irregulares. *Sem.* nuda.
	PERAMA.	*Cal.* 4partitus. *Cor.* tubo longo; limbo 4fido. *Germen* ovatum, utrinque sulcatum.
	MACUCUA.	*Cor.* tubo brevissimo: limbo 4fido. *Cal.* 4partitus. *Germen* minimum. *Stil.* o.

‡ ‡ *superi. Aggregatæ.*

113.	CEPHALANTHUS.	*Cal.* communis o. *Recept.* globosum, villosum. *Sem.* lanuginosa.
114.	DIPSACUS.	*Cal.* communis foliaceus. *Recept.* conicum, paleaceum. *Sem.* columnaria.
	LIDBECKIA.	*Cal.* imbricatus: foliolis parallelis. *Receptaculum* nudum. *Sem.* *infimo stili articulo coronata.*
115.	SCABIOSA.	*Cal.* communis polyphyllus. *Receptaculum* elevatum subpaleaceum. *Sem.* coronata, involuta.
116.	KNAUTIA.	*Cal.* communis oblongus. *Recept.* planum, nudum. *Sem.* apice villosa.
	CRINITA.	*Cal.* comm. imbricatus. *Recept.* setosum. *Perianth.* 4fidum. *Cor.* infundibuliformis, 4fida.
	EVEA.	*Cal.* comm. 4phyllus; proprius 4dentatus.
117.	ALLIONIA.	*Cal.* communis 3phyllus, 3florus; proprius superus o. *Sem.* nuda.
1336.	STILBE.	*Cal.* communis 3phyllus. *Flores* hermaphroditi & masculi. *Sem.* calice proprio tectum.

Boerhaavia tetrandra. Valeriana sibirica, supina, villosa. Thesium alpinum.

† † *monocarpi.*

† *inferi.*

RELHAMIA. *Cal.* 4partitus. *Drupa* subrotunda succulenta : nucleo 4-5loculari.

PANZERIA. *Cal.* 4fidus. *Cor.* infundibuliformis. *Bacca* 2locularis.

WITKERINGIA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* polysperma.

PYROSTRIA. *Cor.* subcampanulata, patens, semiquinquefida : fauce tomentosa. *Cal.* subquadridentatus. *Stigm.* capitatum. *Drupa* depressa : *Nuces* 8 1spermæ.

136. AQUARTIA. *Cor.* rotata. *Cal.* subquadrifidus. *Bacca* polysperma.

MYONIMA. *Cor.* obtuse 4partita : tubo brevi. *Cal.* subinteger. *Antheræ* exsertæ. *Stigma* crassiusculum. *Drupa* depressa. *Nux* 4locularis, 4sperma.

WALLENIA. *Cor.* tubulosa, 4fida. *Cal.* 4fidus. *Bacca* 1sperma.

135. CALLICARPA. *Cor.* tubulosa. *Cal.* 4fidus. *Bacca* 4sperma.

PETITIA. *Cor* tubulosa, 4fida. *Cal.* 4dentatus. *Drupa* subrotunda : *Nux* 2locularis ; *nuclei* solitarii.

CHÆTOCARPUS. *Cor.* tubulosa, 4fida. *Cal.* 4partitus. *Caps.* ovata, hispida, 4valvis, 4locularis.

LASIOSTOMA. *Cor.* infundibuliformis, 4fida. *Cal.* 5partitus. *Caps.* orbiculata, 1locularis, 2sperma.

MYRMECIA. *Cor.* tubulosa, 5fida. *Cal.* 5dentatus. *Nectar.* glandul. 5. *germen* cingentes. *Caps.* 2locularis, 2valvis, polysperma.

1290. ÆGIPHILA. *Cor.* hypocrateriformis. *Cal.* 4dentatus. *Stil.* semibifidus. *Bacca* 4sperma.

143. SCOPARIA. *Cor.* rotata. *Cal.* 4partitus. *Caps.* 1locularis, 2valvis.

1328. LITTORELLA. *Flores* monoici. *Cor.* 4fida.
♂. *Cal.* 4phyllus. *Stamin.* longa.
♀. *Cal.* o. *Stil.* longus. *Sem.* nucleus.

145. CENTUNCULUS. *Cor.* rotata. *Cal.* 4partitus. *Caps.* 1locularis; circumscissa.

142. PLANTAGO. *Cor.* refracta. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* 2locularis, circumſciſſa.

137. POLYPREMUM. *Cor.* rotata. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* 2locularis, emarginata.

140. BUDDLEIA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 4fidus. *Capſ.* 2locularis, 2ſulca.

LABATIA. *Cor.* ſubcampanulata, 4fida laciniis 2 minutis in diviſuris corollæ. *Capſ.* 4locularis. *Sem.* ſolitaria.

141. EXACUM. *Cor.* ſubcampanulata. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* 2locularis, compreſſa.

139. BLÆRIA. *Cor.* ſubcampanulata. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* 4locularis, angulis dehiſcens.

JUNGHANSIA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4partitus. *Drupa* ſubgloboſa. *Nux* 4-5 locularis.

138. PENÆA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 2phyllus. *Capſ.* 4locularis, 4valvis.

160. PRABEIUM. *Flores* polygami, amentacei. *Cor.* 4partita, ſuperne revoluta.
☿. *Stigma* 2. *Drupa* ſubrotunda. *Sem.* globoſum.

FARAMEA. *Cor.* tuboloſa, 4fida. *Cal.* 4dentatus. *Stigma* 2lobum. *Peric.* 2loculare.

* *Swertia corniculata, dichotoma.*
* *Gentianæ quadrifidæ. Guetiarda elliptica, membranacea.*
* *Didynamiæ Angioſpermæ. Embelia a Retzio obſ. bot. 4. p. 24. memorata.*

†† *ſuperi.*

CHOMELIA. *Cor.* hypocrateriformis. *Cal.* tubuloſus, 4fidus. *Drupa* ovalis: *Nux* oblonga 2locularis; *nuclei* ſolitarii.

132. PAVETTA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* dentatus. *Bacca* 1ſperma.

ERNODEA. *Cor.* hypocrateriformis. *Cal.* 4partitus. *Bacca* 2locularis. *Sem.* ſolitaria.

131. IXORA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4partitus. *Bacca* 2locularis. *Sem.* 2.

ANTIRHEA. *Cor.* 4loba patens: tubo brevi. *Cal.* 4dentatus, minimus, ſuperus. *Anthera* ſubſeſſiles incluſæ. *Drupa* ovata: *Nux* 2locularis, 2ſperma.

133. PETESIA. *Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* locularis, polyſperma.

	RACKA.	*Cor.* rotata, 4partita. *Cal.* 4partitus. *Filam.* O. *Fructus.*
	HOFFMANNIA.	*Cor.* hypocrateriformis, 4partita. *Cal.* 4dentatus. *Filam.* o. *Bacca* 2locularis, polyſperma.
	TONTANEA.	*Cor.* infundibuliformis 4fida. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* 2partibilis, 2locularis, polyſperma.
130.	CATESBÆA.	*Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* 1locularis, polyſperma.
	CUSSAREA.	*Cor.* tubo brevi: limbo 4fido. *Cal.* 5dentatus. *Bacca* ovata 1locularis, 1ſperma.
	MALANEA.	*Cor.* 4fida: tubo breviſſimo. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* 1locularis: *oſſiculo* 2loculari.
	COCCOSIPSILUM.	*Cor.* infundibuliformis. *Cal.* 4partitus. *Bacca* inflata, 2locularis, polyſperma.
	FERNELIA.	*Cor.* 4loba. *Cal.* 4fidus. *Bacca* piliformis, 2locularis, polyſperma.
134.	MITCHELLA.	*Cor.* 2. tubuloſæ. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* 4ſperma; 2flora, 2fida.
1361.	HYDROPHYLAX.	*Cor.* infundibuliformis. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* anceps, 1ſperma.
	NACIBEA.	*Cor.* tubo ventricoſo; limbo 4fido. *Cal.* turbinatus. *Capſ.* ovata, 4valvis, 2locularis, polyſperma.
118.	HEDYOTIS.	*Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* didyma, polyſperma, apice dehiſcens.
	POIRETIA.	*Cor.* hypocrateriformis: tubo longo. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* 2dyma, polyſperma.
154.	OLDENLANDIA.	*Cor.* tubuloſa. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* didyma, polyſperma, dehiſcens inter dentes.
	CARPHALEA.	*Cor.* tubo filiformi: fauce ventricoſa. *Cal.* turbinatus 4fidus. *Capſ.* 2locularis, 2valvis, polyſperma.
1338.	MANNETTIA.	*Cor.* tubuloſa. *Cal.* 8phyllus. *Capſ.* 2locularis.
146.	SANGUISORBA.	*Cor.* plana. *Cal.* 2phyllus. *Capſ.* 4gona inter calicem & corollam.
	RORIDA.	*Cor.* patens. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* oblonga, polyſperma.
	PATABEA.	*Cor.* 4fida, tubo oblongo. *Cal.* 4dentatus. *Stil.* 2fidus. *Stigm.* 2.

* *Verbenæ tetrandræ.*
* *Gratiola Monnieria. Hillia tetrandra.*
* *Coffea occidentalis. Portlandia tetrandra. Lycium tetrandrum.*
* *Peplis tetrandra. Rondoletia pilosa, virgata.*

††† *dicocci.*

† *inferi.*

142. HOUSTONIA. *Cor.* infundibuliformis. *Cal.* 4dentatus. *Capf.* 2locularis, 2valvis.

1242. SCABRITA. *Cor.* tubulosa. *Cal.* tubulosus, truncatus. *Sem.* compressa, emarginata.

†† *superi*, Stellatæ.

SIDERODENDRUM. *Cor.* tubulosa, 4fida. *Cal.* minimus, 4-dentatus. *Bacca* 2cocca.

127. RUBIA. *Cor.* campanulata. *Fructus* baccati.

125. GALIUM. *Cor.* plana. *Fructus* subglobosi. *Flores* omnes hermaphroditi.

1151. VALANTIA. *Cor.* plana. *Fructus* subglobosus. *Flores* nonnulli mere masculi.

121. ASPERULA. *Cor.* tubulosa. *Fructus* subglobosi.

120. SHERARDIA. *Cor.* tubulosa. *Fructus* coronatus. *Sem.* 3dentata.

119. SPERMACOCE. *Cor.* tubulosa. *Fructus* coronatus. *Sem.* 2dentata.

123. KNOXIA. *Cor.* tubulosa. *Fructus* 2partibilis, sulcatus.

122. DIODIA. *Cor.* tubulosa. *Fructus* 4gonus, coronatus, 2valvis.

126. CRUCIANELLA. *Cor.* tubulosa aristata. *Fructus* nudus. *Sem.* linearia.

†††† *tetracocci, inferi.*

129. SIPHONANTHUS. *Cor.* tubulosa. *Cal.* 5partitus. *Baccæ* 4, 1spermæ.

SIMBULETA. *Cor.* campanulata, ringens. *Cal.* 5fidus. *Antheræ* cohærentes.

OPERCULARIA. *Cal. communis* 1phyllus, clausus receptaculo communi, supra florifero, subtus seminifero, per maturitatem caduco.

RUSSEA. *Cor.* campanulata 4fida. *Cal.* 4phyllus. *Bacca* 4angularis, polysperma.

* *Didynamiæ Gymnospermæ?*
** *tripetali.*
Lechea major.
*** *tetrapetali.*
† *inferi.*

FRASERA.	*Petala* intus barbata. *Cal.* 4phyllus. *Siliq.* *Sem.* marginata.
148. EPIMEDIUM.	*Petala* nectar. 4 incumb. *Cal.* 4phyllus. *Siliqua* 1locularia.
SKIMMIA.	*Petala* concava. *Cal.* 4partitus. *Bacca* 4sperma.
MONETIA.	*Petala* revoluta. *Cal.* 4fidus. *Bacca* 2locularis. *Sem.* solitaria.
144. RHACOMA.	*Petala* fimbriata. *Cal.* 4fidus. *Caps.* 1sperma.
OTHERA.	*Petala* ovata plana. *Cal.* 4partitus. *Stigma* sessile. *Capsula?*
ORIXA.	*Petala* lanceolata plana. *Cal.* 4partitus. *Stigma* capitatum. *Capsula?*
152. PTELEA.	*Petala* coriacea. *Cal.* 4partitus. *Drupa* exsucca, compressa.
1291. SAMARA.	*Petala* basi lacuna. *Cal.* 4partitus. *Drupa* subrotunda. *Stigma* infundibuliforme.
BLACKBURNIA.	*Petala* elliptica. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* 1sperma?
150. FAGARA.	*Petala* staminibus breviora. *Cal.* 4fidus. *Caps.* 4fida, 1sperma.
255. AMMANNIA.	*Petala* rarius præsentia. *Cal.* tubulosus, 8dentatus. *Caps.* 4locularis.
1362. BANKSIA.	*Amentum* squamatum. *Antheræ* in cavitate laminarum sessiles. *Caps.* 2valvis. *Sem.* 2partibile.
1363. HARTOGIA.	*Petala* patentia. *Cal.* 5fidus. *Drupa* ovata, 2sperma.
111. PROTEA.	*Cal.* communis. *Antheræ* petalis infra apicem insertæ. *Sem.* 1. nudum.
ROPALA.	*Cal.* o. *Filamenta* petalis inserta. *Peric.* 1locul. 1spermum.
MAYEPEA.	*Cal.* 1phyllus, 4partitus. *Petala* filo terminata. *Drupa* 1locularis. *Nux* 1sperma.
AZIMA.	*Cal.* 3-4fidus. *Cor.* calicina. *Caps.* 1locularis, 1sperma.

CANSCORA. *Cal.* ventricoſus 2alatus, 2fidus. *Petal.* 2 majora. *Capſ.* polyſperma.

* *Cardamine hirſuta. Bulbocodium vernum.*
* *Euonymus europæus.*

†† *ſuperi.*

157. TRAPA. *Cal.* 4partitus. *Nux* armata ſpinis conicis oppoſitis.

147. CISSUS. *Cor.* cingens germen. *Bacca* 1ſperma.

148. CORNUS. *Cal.* 4dentatus, deciduus. *Drupa* nucleo 2loculari.

153. LUDWIGIA. *Cal.* 4partitus. *Capſ.* 4locularis, 4gona.

480. SANTALUM. *Cor.* calici innata. *Bacca* 1ſperma.

VOTOMITA. *Cor.* receptaculo inſerta. *Drupa* 1locularis, 1ſperma.

1274. SERPICULA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 4dentatus.
♀. *Cal.* 4partitus. *Nux* tomentoſa.

AUCUBA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 4dentatus.
♀. *Nectarium* O. *Bacca* 1ſperma.

1432. MONTINIA. *Flores* dioici. *Cal.* 4dentatus.
♀. *Filam.* ſterilia. *Stil.* 2fidus. *Capſ.* oblonga, 2locularis.

**** *pentepetalis.*

† *Melaſtoma tetrandrum.*

***** *incompleti.*

† *inferi.*

1244. STRUTHIOLA. *Cor.* 4fida. *Nectar.* gland. 8. *Bacca* 1ſperma, ſicca.

161. CRAMERIA. *Cor.* 4petala. *Bacca* ſicca, 1ſperma, echinata.

162. RIVINA. *Cor.* 4petala. *Bacca* 1ſperma. *Sem.* ſcabrum.

1364. EMBOTHRIUM. *Cor.* 4petala. *Antheræ* ſeſſiles apicibus petalorum inſidentes.

CHLORANTHUS. *Cor.* 3loba lateri germinis inſidens. *Antheræ* corollæ adnatæ. *Bacca* 1ſperma.

NIGRINA. *Cor.* 4petala. *Capſula ?*

CANSIERA. *Cal.* globoſo-urceolatus, 4dentatus. *Antheræ* incluſæ. *Germen* ſquamulis 4 cinctum. *Stigm.* capitatum.

SALVADORA. *Cal.* 4fidus. *Bacca* 1sperma. *Sem.* arillatum.

EMBELIA. *Cal.* 4fidus. *Stil.* o. *Bacca.*

164. CAMPHOROSMA. *Cal.* 4fidus. *Caps.* 1sperma.

165. ALCHEMILLA. *Cal.* 8fidus. *Sem.* 1. calici inclusum.

158. DORSTENIA. *Cal. Receptac.* planum, carnosum, commune.

1243. COMETES. *Umbella* 4phylla, 3flora. *Caps.* 3cocca.

MAJANTHEMUM. *Cor.* 4fida. *Stigma* 2fidum. *Bacca* locularis, 2sperma.

1152. PARIETARIA. *Flores* hermaphroditi & mere feminei. *Cal.* 4fidus. *Sem.* 1. elongatum.

BOEHMERIA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 4partitus.
♀. *Cal.* o. at inter squamas confertas singulas. *Germen* obovatum. *Sem.* 1. compressum.

PROCRIS. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 4fidus, staminibus brevior.
♀. *Caps.* minima, receptaculo baccato sphæroideo immersa.

EMPLEURUM. *Flores* monoici. *Cal.* campanulatus 4dentatus.
♀. *Caps.* oblonga, compressa, 1locularis, 1sperma.

1054. URTICA. *Flores* monoici, rarius dioici.
♂. *Cal.* 4phyllus. *Nectarium* centrale, cyathiforme.
♀. *Cal.* 2valvis. *Sem.* 1. nitidum.

1104. BATIS. *Flores* dioici amentacei. *Cal.* & *Cor.* o.
♂. *Amentum* 4fariam imbricatum.
♀. *Amentum* ovatum: involucro 2phyllo. *Stigma* 2lobum, sessile. *Baccæ* coadunatæ, 4spermæ.

1103. TROPHIS. *Flores* dioici: *Cal.* o.
♂. *Cor.* 4petala.
♀. *Cor.* o. *Stil.* 2partitus. *Bacca* 1sperma.

MAPRANEA. *Flores* dioici. *Cal.* 4partitus.
♂. *Filam.* 1. sustinens anth. 4.

* *Corchorus Corata.*
* *Ammannia. Salsola tetrandra.*

†† *superi.*

1105. VISCUM. *Flores* dioici.

♂. *Cal.* 4partitus. *Antheræ* sine filamentis calici adnatæ.
♀. *Cal.* 4phyllus. *Stil.* 0. *Bacca* 1sperma. *Sem.* cordatum.

1106. HIPPOPHAE. *Flores* dioici. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 2partitus.
♀. *Cal.* 2fidus. *Bacca* 1sperma.

KRASCHENNIMKOWA. *Flores* diclini.
♂. *Cal.* 4phyllus.
♀. *Cal.* subbifidus. *Sem.* 1. arillatum.

1031. POTHOS. *Spatha.* *Spadix* simplex, tecta. *Cor.* 4petala. *Stamina* germini proxima. *Baccæ* 2spermæ.

1019. NEPENTHES. *Cal.* 4partitus. *Stamin.* germini proxima. *Capf.* 4locularis.

MOSCHARIA. *Cal.* 5dentatus. *Stam.* germini proxima. *Sem.* 4. nuda.

1292. SIRIUM. *Cal.* campanulatus. *Nectar.* 4phyllum. *Bacca* 3locularis.

1293. ACÆNA. *Cal.* 4phyllus. *Bacca* echinata, 1sperma.

156. ISNARDIA. *Cal.* campanulatus, persistens. *Capf.* 4locularis.

159. ELÆAGRUS. *Cal.* campanulatus, deciduus. *Drupa.*

GONOCARPUS. *Cor.* 4fida. *Drupa* 8gona, 1sperma.

* *Thesium alpinum.*

DIGYNIA.

NERTERA. *Cal.* 0. *Cor.* infundibuliformis, 4fida. *Bacca* infera, 2locularis, 2sperma.

168. BUFFONIA. *Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus. *Capf.* 1locularis, 2valvis, 2sperma.

171. HYPECOUM. *Cor.* 2petala, inæqualis. *Cal.* 2phyllus. *Siliqua.*

169. HAMAMELIS. *Cor.* 4petala, longissima. *Cal.* duplex. *Nux* 2locularis, 2cornis.

1052. BETULA. *Flores* monoici. *Cal.* 3fidus. *Cor.* 4partita.
♂. *Cal.* 3florus.
♀. *Cal.* 2florus. *Sem.* utrinque membrana alata.

1053. MORUS. *Flores* diclini. *Cor.* 0.
♂. *Cal.* 4partitus.
♀. *Cal.* 4phyllus, fructif. baccatus. *Sem.* 1.

LAUREMBERGA. *Flores* diclini inferi.
♂. *Cal.* parvus 4partitus. *Cor.* 4petala.
♀. *Cal.* & *Cor.* o. *Nux* torulosa.

SCHÆFFERIA. *Flores* monoici. *Cor.* 4petala aut. o.
♂. *Cal.* 4-5phyllus.
♀. *Cal.* 4-5partitus. *Bacca* 2locularis. *Sem.* solitaria.

ANTHOSPERMUM. *Flores* polygami. *Cal.* 4partitus. *Cor.* o.
☿. *Germen* superum.

MYRICA. *Flores* dioici. *Amentum* squamis lunatis. *Cor.* o.
♀. *Bacca* 1sperma.

170. CUSCUTA. *Cor.* 4fida, ovata. *Cal.* 4fidus. *Caps.* 2locularis, circumscissa.

1365. GOMOZIA. *Cor.* 4fida campanulata. *Cal.* o. *Bacca* 2locularis.

PAGAMEA. *Cor.* 4fida tubo brevi. *Cal.* 4dentata. *Bacca* 2locularis; offiusculis 2locularibus; loculis 1spermis.

GALOPINA. *Cor.* 4fida. *Cal.* o. *Semina* 2. nuda.

167. CRUZITA. *Cor.* o. *Cal.* 4phyllus, exterior 3phyllus. *Sem.* 1.

* *Herniaria fruticosa.*
* *Gentiana.*
* *Swertia.*

TRIGYNIA.

1053. BUXUS. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 3phyllus. *Cor.* 2petala. Rudiment. *germinis.*
♀. *Cal.* 4phyllus. *Cor.* 3petala. *Caps.* 3rostris, 3locularis. *Semina* 2.

ARGYTHAMNIA. *Flores* monoici.
♂. *Cal.* 2phyllus. *Cor.* 4petala.
♀. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* o. *Stil.* dichotomi. *Caps.* 3cocca. *Sem.* solitaria.

CRANTZIA. *Flores* monoici. *Cor.* o.
♂. *Cal.* 4phyllus. *Filamenta* ovata.
♀. *Cal.* 5phyllus. *Stili* conici. *Caps.* 3cornis, 3locularis. *Sem.* bina.

TETRAGYNIA.

1275. CICCA.	*Flores* monoici. *Cor.* o. ♂. *Cal.* 4phyllus. ♀. *Cal.* 3phyllus. *Capſ.* 4cocca.
172. ILEX.	*Cor.* 1petala. *Cal.* 4dentatus. *Bacca* 4ſperma.
173. COLDENIA.	*Cor.* 1petala. *Cal.* 4phyllus. *Sem.* 2, 2locularia.
176. SAGINA.	*Cor.* 4petala. *Cal.* 4phyllus. *Capſ.* 4locularis, polyſperma.
177. TILLÆA.	*Cor.* 3-4petala. *Cal.* 3-4phyllus. *Capſulæ* 3-4polyſpermæ.
178. MYGINDA.	*Cor.* 4petala. *Cal.* 4partitus. *Drupa* 1ſperma.
174. POTAMOGETON.	*Cor.* o. *Cal.* 4phyllus. *Sem.* 4 ſeſſilia.
175. RUPPIA.	*Cor.* o. *Cal.* o. *Sem.* 4 pedicellata.
RADIOLA.	*Cal.* 4phyllus. *Cor.* 4petala. *Capſ.* globoſa, 4valvis, 8locularis. *Semina* ſolitaria.
BRUCEA.	*Flores* dioici. *Cal.* ſubtetraphyllus. *Cor.* 4petala. *Nectarium* receptaculo ſimile, 4lobum. ♀. *Sem.* ſolitaria.

MONOGYNIA.

110. **PROTEA.** *Cor.* 4petala: interdum basi vel apice cohærentibus. *Antheræ* lineares vel oblongæ, petalis infra apicem insertæ. *Cal.* proprius o. *Nux* supera, 1locularis, evalvis.

* *Pinnatæ*, foliis pinnatis, filiformibus.

decumbens. 1. Pr. foliis trifidis filiformibus, caule decumbente. *Thunb. diss. de protea. n.* 1. *t.* 1.

florida. 2. Pr. foliis trifidis filiformibus, caule erecto, capitulis solitariis bracteis obvallatis. *Thunb. diss. de protea. n.* 2. *t.* 1.

cyanoides. 3. Pr. foliis trifido-binnatis filiformibus, caule erecto, capitulis solitariis nudis. *Mant. p.* 188. *Pluckn. mant. t.* 345. *f.* 6.

patula. 4. Pr. foliis trifido-pinnatis filiformibus, caule erecto, capitulis aggregatis. *Thunb. diss. de protea. n.* 4.

sphærocephala. 5. Pr. foliis bipinnatis filiformibus, pedunculis capitulis brevioribus, squamis calicinis ovatis basi villosis. *Mant. p.* 188.

Serraria. 6. Pr. foliis bipinnatis filiformibus hirtis, pedunculis capitulis longioribus, squamis calicinis ovato-lanceolatis hirtis. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron Serraria. *Mant. p.* 188. *Burm. afr. t.* 99. *f.* 1.

triternata. 7. Pr. foliis bipinnatis filiformibus glabris, pedunculis capitulis longioribus, squamis calicinis lanceolatis hirtis. *Thunb. diss. de protea. n.* 7.

glomerata. 8. Pr. foliis bipinnatis filiformibus, pedunculo communi elongato nudo: pedicellis capitulis longioribus. *Mant. p.* 187. *Burm. afr. t.* 99. *f.* 2.

phylicoides. 9. Pr. foliis bipinnatis filiformibus, capitulis terminalibus solitariis lanatis. *Berg. act. Stockh.* 1766. *p.* 327.

Lagopus. 10. Pr. foliis bipinnatis filiformibus, capitulis spicatis aggregatis. *Thunb. diss. de protea. n.* 10.

spicata. 11. Pr. foliis bipinnatis, filiformibus capitulis spicatis distinctis. *Mant. p.* 187.

Sceptrum. 12. Pr. foliis inferioribus bipinnatis: superioribus trifidis integrisque. *Sparrm. act. Stockh.* 1777. *p.* 53. *t.* 1.

** *Dentatae*, foliis dentatis, callosis.

crinita. 13. Pr. foliis quinquedentatis glabris, caule erecto, capitulis subternis terminalibus. *Berg. act. Stockh.* 1766. *p.* 320. Leucadendron oleaefolium.

conocarpa. 14. Pr. foliis quinquedentatis glabris, caule erecto, capitulo terminali. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron concarpodendron. *Boerh. h. lugdb. ind.* 2. *t.* 196.

elliptica. 15. Pr. foliis tridentatis ellipticis glabris, caule erecto; capitulo terminali. *Thunb. diss. de protea. n.* 15.

hypophylla. 16. Pr. foliis tridentatis glabris secundis, caule decumbente, capitulo terminali. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron Hypophylladendron. *Mant. p.* 191. *Boerh. h. Lugdb. ind.* 2. *t.* 198.

cucullata. 17. Pr. foliis tridentatis glabris, capitulis lateralibus. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron cucullatum. *Pluckn. alm. t.* 304. *f.* 6.

tomentosa. 18. Pr. foliis tridentatis tomentosis. *Thunb. diss. de protea. n.* 18.

heterophylla. 19. Pr. foliis tridentatis integrisque, caule decumbente. *Thunberg diss. de protea. n.* 19.

*** *Accrosae*, foliis filiformibus subulatisve.

pinifolia. 20. Pr. foliis filiformibus, floribus racemosis ecaliculatis glabris. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron pinifolium. *Mant. p.* 36. 187. *Burm. afr. t.* 70. *f.* 3.

racemosa. 21. Pr. foliis filiformibus, floribus racemosis caliculatis tomentosis. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron racemosum.

incurva. 22. Pr. foliis filiformibus incurvis glabris, capitulis racemoso-spicatis tomentosis. *Thunb. diss. de protea. n.* 22. *t.* 3.

caudata. 23. Pr. foliis filiformibus hirtis, capitulis subsessilibus spicatis. *Thunb. diss. de protea. n.* 23. *t.* 2.

bracteata. 24. Pr. foliis filiformi-canaliculatis, capitulo terminali: bracteis multifidis. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron cancellatum. *Thunb. diss. de protea. n.* 24. *t.* 1.

comosa. 25. Pr. foliis inferioribus filiformibus: superioribus lanceolatis, capitulo terminali. *Thunb. diss. de protea. n.* 25.

purpurea. 26. Pr. foliis linearibus recurvis, capitulis terminalibus cernuis, caule decumbente. *Syst. nat,* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron proteoides.

bruniades. 27. Pr. foliis subulatis, capitulis globosis terminalibus. *Suppl. p.* 117. *an distincta vere species ?*

prolifera. 28. Pr. foliis subulatis adpressis, caule prolifero. *Thunb. diss. de protea. n.* 27. *f.* 4.

corymbosa. 29. Pr. foliis lineari-subulatis adpressis ramulis subfastigiatis verticillatis. *Thunb. diss. de protea. n.* 28. *t.* 2.

nana. 30. Pr. foliis lineari-subulatis, capitulo terminali: calice colorato. *Mant. p.* 189. *Petiv. gaz. t.* 25. *f.* 7.

lanata. 31. Pr. foliis triquetris adpressis, capitulo terminali lanato. *Thunb. diss. de protea. n.* 30. *t.* 3.

**** *lineares*, foliis linearibus.

torta. 32. Pr. foliis linearibus obliquis callosis. *Thunb. diss. de protea. n.* 31.

alba. 33. Pr. foliis linearibus sericeo-tomentosis. *Thunb. diss. de protea. n.* 32.

***** *lanceolatæ*, foliis ellipticis aut lanceolatis.

aulacea. 34. Pr. foliis ellipticis, floribus racemosis ecaliculatis. *Thunb. diss. de protea. n.* 33. *t.* 2.

umbellata. 35. Pr. foliis ellipticis, capitulis terminalibus: bracteis multifidis. *Thunb. diss. de protea. n.* 34.

linearis. 36. Pr. foliis ellipticis, capitulo terminali tomentoso, *Thunb. diss. de protea. n.* 35. *t.* 4.

Scolymus. 37. Pr. foliis lanceolatis acutis capituloque terminali rotundo glabris. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron scolymocephalum. *Boerh. h. lugdb. ind.* 2. *t.* 192.

mellifera. 38. Pr. foliis lanceolato-ellipticis capituloque terminali oblongo glabris. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron repens. *Mant. p.* 189.

repens. 39. Pr. foliis lanceolato-ellipticis, capituloque ovato glabris, caule decumbente brevissima. *Thunb. diss. de protea. n.* 38. *Boerh. h. lugdb. ind.* 2. *t.* 190.

obliqua. 40. Pr. foliis ellipticis glabris callosis obliquis, capitulo caulino terminali. *Thunb. diss. de protea. n.* 39.

parviflora. 41. Pr. foliis ellipticis obtusis callosis obliquis, capitulis terminalibus ramulorum glabris. *Mant. p.* 195. *Thunb. diss. de protea. n.* 40. *t.* 4.

pallens. 42. Pr. foliis ellipticis glabris acutis callosis, capitulo terminali involucrato: involucro longo acuto pallido. *Mant. p.* 193. *Boerh. ind. h. lugdb.* 2. *t.* 200.

conifera. 43. Pr. foliis ellipticis glabris acutis callosis, capitulo terminali involucrato: involucro longo acuto concolore. *Mant. p.* 194. Protea saligna. *Boerh. ind. h. lugdb.* 2. *t.* 197.

Levisanus. 44. Pr. foliis ellipticis glabris obtusis, capitulo terminali involucrato: involucro brevi obtuso. *Boerh. h. lugdb. ind.* 2. *t.* 202.

strobilina. 45. Pr. foliis elliptico-oblongis retuso-callosis capituloque terminali glabris. *Mant. p.* 192.

imbricata. 46. Pr. foliis lanceolatis glabris striatis imbricatis, capitulo terminali. *Thunb. diss. de protea. n.* 45. *t.* 5.

sericea. 47. Pr. foliis lanceolatis sericeis, ramis filiformibus, caule decumbente. *Thunb. diss. de protea. n.* 46.

saligna. 48. Pr. foliis lanceolatis sericeis, caule fruticoso, capitulis oblongis involucratis. *Thunb. diss. de protea. n.* 47. *Pluckn. mant. t.* 229. *f.* 4.

argentea. 49. Pr. foliis lanceolatis argenteo-tomentosis ciliatis, caule arboreo, capitulis globosis. *Mant. p.* 194. *Boerh. h. lugdb. ind. t.* 195. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 3. *t.* 51. *f.* 7.

plumosa. 50. Pr. foliis lanceolato-cuneiformibus incanis, capitulo terminali oblongo; petalis subtus glabris, supra pilosis: pilis longissimis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 127.

cinerea. 51. Pr. foliis lineari-cuneiformibus capituloque terminali sericeis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 127.

****** *Oblongæ*, foliis oblongis vel ovatis.

acaulis. 52. Pr. foliis oblongis capituloque globoso glabris, caule decumbente brevissimo. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucodendron acaulon. *Boerh. h. lugdb. ind.* 20. *t.* 119.

myrtifolia. 53. Pr. foliis oblongis glabris, capitulis terminalibus aggregatis. *Thunb. diss. de protea. n.* 50.

grandiflora. 54. Pr. foliis oblongis venosis capituloque hemisphærico glabris, caule fruticoso. *Thunb. diss. de protea. n.* 51.

glabra. 55. Pr. foliis oblongis aveniis capituloque hemisphærico glabris, caule fruticoso. *Thunb. diss. de protea. n.* 52.

speciosa. 56. Pr. foliis glabris capituloque oblongis: squamis calicinis apice barbatis. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron speciosum. *Mant. p.* 36. 190. 191. *Boerh. h. lugdb. ind.* 2. *t.* 185.

totta. 57. Pr. foliis glabris callosis capituloque ovatis: corollis cylindricis hirtis. *Mant. p.* 191.

hirta. 58. Pr. foliis ovatis glabris, floribus lateralibus, caule villoso. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron hirtum. *Mant. p.* 189. *Boerh. h. lugdb. ind.* 2. *t.* 194.

puber. 59. Pr. foliis ovatis capitulisque terminalibus tomentosis. *Mant. p.* 192. *Boerh. h. lugdb. ind.* 2. *t.* 201.

divaricata. 60. Pr. foliis ovatis hirtis capitulis terminalibus, ramis divaricatis. *Mant. p.* 194.

******* *Rotundatæ*, foliis subrotundis.

spatulata. 61. Pr. foliis spatulatis subcucullatis glabris. *Thunb. diss. de protea. n.* 58. *t.* 5.

cordata. 62. Pr. foliis cordatis. *Thunb. diss. de protea. n.* 60. *t.* 5.

cynaroides. 63. Pr. foliis subrotundis petiolatis glabris. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 110. Leucadendron cynaroides. *Mant. p.* 190. *Boerh. h. lugdb. ind.* 2. *t.* 184.

Gaguedi. 64. Pr. foliis lineari-lanceolatis obtusis, corollulis apice plumosis. *Bruce trav. in Eg. At. Ab. and Nub.* 5. *app. p.* 52. *icc. an hujus generis, quum triandram pronunciat Bruce?*

ROPALA. *Cal.* 0. *Cor.* 4petala, decidua. *Filamenta* brevissima, petalis inserta. *Pericarp.* 1loculare, 1spermum.

montana. 1. ROPALA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 83. *t.* 32.

112. GLOBULARIA. *Cal. communis*, imbricatus, *proprius* tubulatus 4-5 dentatus inferus. *Corollul.* labio ſuperiore 2partito, inferiore 3partito. *Receptac.* paleaceum. *Sem.* 1. ſuperum, nudum.

longifolia. 1. Gl. caule fruticoſo, foliis omnibus lineari-lanceolatis integerrimis, capitulis axillaribus. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *p.* 19. *t.* 5. *f.* 3.

Alypum. 2. Gl. caule fruticoſo, foliis lanceolatis tridentatis integriſque. *Magaz. für die Botan. St.* 7. *t.* 1.

bisnagarica. 3. Gl. caule fruticoſo, foliis radicalibus cuneiformibus retuſis: caulinis lanceolatis. *Pluckn. alm. t.* 58. *f.* 5.

vulgaris. 4. Gl. caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis: caulinis lanceolatis. *Cam. hort. t.* 7. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 3. *t.* 44. *f.* 11

ſpinoſa. 5. Gl. foliis radicalibus crenato-aculeatis: caulinis integerrimis mucronatis.

cordifolia. 6. Gl. caule ſubnudo, foliis cuneiformibus tricuſpidatis: intermedio minimo. *Jacq. fl. auſtr. t.* 245.

nudicaulis. 7. Gl. caule nudo, foliis integerrimis lanceolatis. *Jacq. fl. auſtr. t.* 230.

orientalis. 8. Gl. caule ſubnudo, capitulis alternis ſeſſilibus, foliis lanceolato-ovatis integris.

1356. STILBE. *Flores* hermaphroditi & maſculi in diſtinctis truncis. *Cal. exterior* 3phyllus. *Cor.* infundibuliformis 5fida

☿ *Cal. interior* 5dentatus cartilagineus. *Sem.* 1. calice interiore tectum.

♂. *Cal. interior* 0.

Pinaſtra. 1. St. ſpicis hirſutis, foliis lenis linearibus. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 419. Selago pinaſtri. *Berg. fl. cap. t.* 4. *f.* 6.

ericoides. 2. St. ſpicis lævibus, foliis quaternis lanceolatis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 419. Selago ericoides. *Mant. p.* 87.

cernua. 3. St. ſpicis cernuis, foliis quaternis. *Suppl. p.* 441.

113. CEPHALANTHUS. *Cal. communis* o. *proprius* ſuperus, infundibuliformis. *Receptac.* globoſum, nudum. *Sem.* 1. lanuginoſum.

occidentalis. 1. CEPHALANTHUS foliis oppoſitis ternatiſque. *Du Hamel. arb.* 1. *t.* 54.

114. DIPSACUS. *Cal. communis* polyphyllus: *proprius* ſuperus. *Recept.* paleaceum.

fullonum. 1. D. foliis ſeſſilibus ſerratis, paleis recurvatis. *Regnault. bot. t.* 18.

ſilveſtris. 2. D. foliis connatis integerrimis, paleis rectis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 402.

laciniatus. 3. D. foliis connatis ſinuatis. *Jacq. fl. auſtr.* 5. *t.* 403.

piloſus. 4. D. foliis petiolatis appendiculatis. *Jacq. fl. auſtr. t.* 248.

LIDBECKIA. *Cal. communis* imbricatus: foliolis parallelis. *Recept.* nudum. *Cor.* diſci 4fidæ; radii ligulatæ. *Stil.* articulatus. *Sem.* infimo, ſtili articulo coronata.

capenſis. 1. LIDBECKIA. *Berg. fl. cap. p.* 306.

atro-purpurea. 25. Sc. corollulis radiantibus, foliis dissectis, receptaculis florum subulatis.

argentea. 26. Sc. corollulis radiantibus, foliis pinnatifidis: laciniis linearibus, pedunculis longissimis, caule tereti.

indurata. 27. Sc. corollulis radiantibus, foliis ovato-lanceolatis erosis basi dentatis, caule rigente. *Mant. p.* 196.

pumila. 28. Sc. subacaulis, corollulis radiantibus, foliis pilosissimis: radicalibus lyratis, caulinis pinnatis incisis. *Mant. p.* 196.

graminifolia. 29. Sc. corollulis radiantibus, foliis lineari-lanceolatis integerrimis, caule herbaceo. *C. Bauh. prodr. th. bot. ic. p.* 127.

palæstina. 30. Sc. corollulis radiantibus: laciniis omnibus trifidis, foliis indivisis subserratis: summis basi pinnatifidis. *Jacq. h. Vind. t.* 96.

isetensis. 31. Sc. corollulis radiantibus calice longioribus, foliis bipinnatis linearibus. *Mant. p.* 37. *Gmel. fl. sib.* 2. *t.* 88. *f.* 1.

ucranica. 32. Sc. corollulis radiantibus, foliis radicalibus pinnatifidis: caulinis linearibus basi ciliatis. *Gmel. fl. sib.* 2. *t.* 87.

ochroleuca. 33. Sc. corollulis radiantibus, foliis bipinnatis linearibus. *Jacq. fl. austr.* 5. *t.* 439.

lyrata. 34. Sc. corollulis radiantibus, foliis radicalibus ovatis: caulinis pinnatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 203.

grandiflora. 35. Sc. corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus oblongis crenatis: caulinis pinnatis; pinnis lanceolato-linearibus patulis. *Scop. del. inf.* 3. *p.* 29. *t.* 14.

alba. 36. Sc. corollulis quinquefidis radiantibus, foliis rameis simplicibus linearibus albo-punctulatis, caule suffruticoso. *Scop. del. inf.* 3. *p.* 33. *t.* 16.

dubia. 37. Sc. corollulis radiantibus, involucro tetraphyllo. *Moench fl. hass. n.* 116.

sicula. 38. Sc. corollulis æqualibus calice brevioribus, foliis lyrato-pinnatifidis. *Mant. p.* 196. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 15.

africana. 39. Sc. corollulis æqualibus, foliis simplicibus incisis, caule fruticoso. *Herm. par. bot. t.* 219.
β) Jacq. h. Vind. t. 185. Scabiosa altissima.

monspeliensis. 40. Sc. corollulis æqualibus calice brevioribus foliis omnibus pinnatis ciliatis. *Jacq. pl. rar. ic. t.* 23.

1161. KNAUTIA. *Cal. communis* oblongus, simplex, 5florus; *proprius* simplex, superus. *Corollulæ* irregulares. *Recept.* nudum.

orientalis. 1. Kn. foliis incisis, corollulis quinis calice longioribus. *Mant. p.* 329. *Kniph. bot. or. cent.* 7. *n.* 39.

propontica. 2. Kn. foliis superioribus lanceolatis integerrimis, corollulis denis calicem æquantibus. *Sp. pl. p.* 1666. *Tilli h. pis. t.* 48.

palæstina. 3. Kn. foliis integris, calicibus hexaphyllis, seminibus papposis. *Mant. p.* 197.

plumosa. 4. Kn. foliis superioribus pinnatis, calicibus decaphyllis, seminibus papposis. *Mant. p.* 197.

CRINITA. *Cal.* comm. imbricatus. *Recept.* setosum *Perianth.* 4fidum. *Cor. infundibulif* 4fida. *Stil.* longus. *Stigm.* cuneatum *Sem.* 1.

capensis. 1. CRINITA. *Houttuyn Linn. syst.* 5. *p.* 357. *t.* 40. *f.* 1.

EVEA. *Cal.* communis 4phyllus. *proprius* 4dentatus. *Cor.* infundibuliformis, 4fida. *Stigma* 2lobum.

guianensis. 1. EVEA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 100. *t.* 39.

117. ALLIONIA. *Cal. communis* oblongus, simplex, 3florus; *proprius* obsoletus, superus. *Corollulæ* irregulares. *Recept.* nudum.

violacea. 1. A. foliis cordatis, calicibus quinquefidis.

incarnata. 2. A. foliis oblique ovatis, calicibus triphyllis. *Herit. stirp. nov.* 4. *t.* 31.

albida. 3. A. foliis lanceolatis oppositis subscabris, calicibus pedicellatis solitariis. *Walt. flor. carol. p.* 84.

118. HEDYOTIS. *Cor.* 1petala, infundibuliformis. *Capſ.* 2locularis, polyſperma, infera.

maritima. 1. H. foliis ovalibus obtuſis, floribus oppoſitis ſeſſilibus. *Suppl. p.* 119.

pumila. 2. H. foliis ovatis acutis, floribus alternis pedunculatis. *Suppl. p.* 119.

fruticoſa. 3. H. foliis lanceolatis petiolatis, corymbis terminalibus involucratis. *Brum. fl. zeyl. t.* 107.

Auricularia. 4. H. foliis lanceolato-ovatis, floribus verticillatis. *Burm. fl. zeyl. t.* 108. *f.* 1.

herbacea. 5. H. foliis lineari-lanceolatis, caule herbaceo dichotomo, pedunculis geminis. *Gaertn. de fr. & ſem. cent* 2. *t.* 30. *f.* 4.

graminifolia. 6. H. foliis linearibus, caule decumbente, panicula racemoſa ſecunda, pedunculis ſoliſequis. *Suppl. p.* 119.

americana. 7. H. foliis linearibus, floribus axillaribus ſolitariis. *Jacq. ſtirp. amer. ed.* 2. *t.* 18.

umbellata. 8. H. foliis ſublanceolato-ovatis: inferioribus quaternis; ſuperioribus binis oppoſitis, floribus ſubumbellatis. *Walt. flor. car. p.* 85.

rupeſtris. 9. H. foliis quadrifariis ſubulatis canaliculatis, floribus ſeſſilibus axillaribus: corollis villoſis: tubo curvo. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 202. *f.* 1.

hiſpida. 10. H. foliis lineari-lanceolatis, floribus verticillatis. *Retz. obſ. bot.* 4. *p.* 23.

PERAMA. *Cor.* 1petala 4fida: tubo oblongo. *Cal.* 4partitus.

[illegible] 1. PERAMA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 54. *t.* 18.

OPERCULARIA. *Cal.* communis 1phyllus dentatus, clauſus receptaculo communi ſupra florifero ſubtus ſeminifero per maturitatem caduco.

umbellata. 1. O. floſculis ternis monandris. *Gaertn. de fruct. & ſem. cent.* 2. *t.* 24. *f.* 4.

aſpera. 2. O. capitulis globoſis pedunculatis, calicibus ſulcatis. *Gaertn. de fr. & ſem. cent. 2. t. 24. f. 4.*

diphylla. 3. O. capitulis globoſis minoribus pedunculatis: calicibus hiſpidis. *Gaertn. de fr. & ſem. cent. 2. t. 24. f. 4.*

124. SCABRITA. *Cor.* 1petala, hypocrateriformis. *Cal.* truncatus. *Sem.* 2. emarginata, ſupera.

ſcabra. 1. SCABRITA. *Mant. p. 37. an eadem cum Nyctanthe arbore triſti ?*

119. SPERMACOCE. *Cor.* 1petala infundibuliformis. *Capſ.* infera, 2locularis. *Sem.* ſolitaria: marginibus in ventrem convolutis.

tenuior. 1. Sp. glabra, foliis linearibus, floribus verticillatis: ſtaminibus incluſis. *Dill. h. elth. t. 277. f. 359. Gaertn. de fr. & ſem. cent. 2. t. 25. f. 9.*

verticillata. 2. Sp. glabra, foliis lanceolatis, verticillis globoſis. *Dill. h. Elth. t. 277. f. 358.*

hirta. 3. Sp. ſcabra, foliis oblongis: ſummis quaternis, floribus verticillatis. *Jacq. coll. 3. p. 199.*

articularis. 4. Sp. foliis ellipticis obtuſiuſculis. *Suppl. p. 119. Rumpf. amb. 6. t. 10.*

ſtricta. 5. Sp. foliis lineari-lanceolatis lineatis. *Suppl. p. 120.*

hiſpida. 6. Sp. hiſpida, foliis obovatis obliquatis. *Mant. p. 558. Murray comm. Goett. 1772. t. 5.*

procumbens. 7. Sp. procumbens, foliis linearibus, corymbis terminalibus pedunculatis.

ſpinoſa. 8. Sp. ſuffruticoſa, foliis linearibus ſpiculis ciliatis.

villoſa. 9. Sp. villoſa ſimplex, foliis ovato-lanceolatis pubeſcentibus: ſummis quaternis, floribus verticillatis: ſtaminibus incluſis. *Swarts nov. pl. gen. & ſp. p. 29.*

ſumatrenſis. 10. Sp. hiſpida, foliis lanceolatis, corymbis terminalibus dichotomis. *Warnerb. apud Retz. obſ. bot. 4. p. 23.*

latifolia. 11. Sp. caule erecto quadrangulo, floribus axillaribus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 55. *t.* 19. *f.* 1.

cærulescens. 12. Sp. caule erecto simplici, foliis ovatis acutis, floribus axillaribus verticillatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 57. *t.* 19. *f.* 2.

prostrata. 13. Sp. caulibus decumbentibus ramosis, foliis subsessilibus glabris ovatis integerrimis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 58. *t.* 20. *f.* 3.

radicans. 14. Sp. caulibus ramosis radicantibus, foliis lanceolatis glabris integerrimis, floribus axillaribus integerrimis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 58. *t.* 20. *f.* 4.

longifolia. 15. Sp. caulibus ramosis flexuosis tetragonis, foliis ovato-oblongis glabris integerrimis, floribus axillaribus sessilibus congestis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 59. *t.* 21.

aspera. 16. Sp. caulibus tetragonis ramosis, foliis oblongis acutis, floribus axillaribus sessilibus verticillatis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 59. *t.* 22. *f.* 6. *an distincta ab hirta?*

alata. 17. Sp. caulibus quadrangulo-alatis ramisque radicantibus, foliis sessilibus ovatis acuminatis, floribus terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 60. *t.* 22. *f.* 7.

sexangularis. 18. Sp. caulibus hexagonis debilibus, foliis ovatis acuminatis sessilibus, floribus terminalibus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 61. *t.* 22. *f.* 8.

scandens. 19. Sp. caule volubili, foliis subrotundis acuminatis debilibus. *Sloan. hist. jam.* 1. *p.* 75. *t.* 28. *f.* 4.

havenensis. 20. Sp. fruticosa, ramis spinosis. *Jacq. stirp. amer. ed.* 2.

ocymoides. 21. Sp. glabra, foliis ovatis acuminatis. *Burm. ind. t.* 13. *f.* 1.

120. SHERARDIA. *Cor.* 1petala, infundibuliformis, longa. *Semina* 2 nuda, calice coronata.

arvensis. 1. Sh. foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. *Flor. dan. t.* 439. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 24. *f.* 2.

muralis. 2. Sh. foliis floralibus binis oppositis binis floribus. *Buxb. cent.* 2. *t.* 30. *f.* 2.

fruticosa. 3. Sh. foliis quaternis æqualibus, caule fruticoso.

121. ASPERULA. *Cor.* 1petala, infundibuliformis. *Semina* 2 globosa, suberosa.

odorata. 1. A. foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis. *Flor. dan. t.* 562.

arvensis. 2. A. foliis senis, floribus sessilibus terminalibus aggregatis. *Kniph. bot. or. cent.* 9. *n.* 14.

hexaphylla. 11. A. foliis senis linearibus, floribus terminalibus umbellatis subsessilibus. *Allion. flor. pedem. t.* 77. *f.* 3.

taurina. 3. A. foliis quaternis ovato-lanceolatis, floribus fasciculatis terminalibus. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 21. *f.* 1.

crassifolia. 4. A. foliis quaternis oblongis lateralibus revolutis: obtusiusculis pubescentibus. *Mant. p.* 37.

calabrica. 5. A. foliis quaternis oblongis obtusis laevibus. *Herit. stirp. nov.* 4. *t.* 32.

tinctoria. 6. A. foliis linearibus: inferioribus senis; intermediis quaternis, caule flaccido, floribus plerisque trifidis. *Theod. Tab. hist. pl. ic. p.* 433. *f.* 1.

pyrenaica. 7. A. foliis quaternis lanceolato-linearibus, caule erecto, floribus saepius trifidis.

cynanchica. 8. A. foliis quaternis linearibus: superioribus oppositis, caule erecto, floribus quadrifidis. *Regn. bot. t.* 22.

aristata. 9. A. foliis linearibus subcarnosis: inferioribus quaternis floribus subternis aristatis. *Suppl. p.* 120.

laevigata. 10. A. foliis quaternis ellipticis enerviis laeviusculis pedunculis divaricatis trichotomis, seminibus scabris. *Mant. p.* 38. 330. *Bocc. mus. t.* 11. *f.* 5.

β) Galium rotundifolium. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 118. *Jacq. fl. austr.* 1. *t.* 94.

122. DIODIA. *Cor.* 1petala, infundibuliformis. *Caps.* infera, 2locularis, 2-partibilis. *Semina* solitaria, ventre sulcata.

virginica. 1. D. caule ramoso procumbente laevi. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 7.

simplex. 2. D. caule herbaceo simplici erectiusculo laevi, foliis ovato-lanceolatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 29.

prostrata. 3. D. caule suffruticoso subdiviso; ramis prostratis filiformibus, foliis linearibus hirsutiusculis revolutis. *Loefl. it. p.* 201. Diodioides.

scandens. 4. D. caule scandente suffruticoso, foliis ovato-lanceolatis rigidis scabris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 30.

sarmentosa. 5. D. caule flaccido fruticoso: ramis oppositis patentibus, foliis oblongis acutis scabriusculis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 30.

tetragona. 6. D. caule repente tetragono, foliis subcordatis, stipulis subulato-fimbriatis. *Walt. flor. carol. p.* 87.

teres. 7. D. caule repente tereti, foliis lanceolatis, foliis setaceo-fimbriatis. *Walt. flor. carol. p.* 87.

123. KNOXIA. *Cor.* 1petala, infundibuliformis. *Calicis* foliolum unicum majus. *Caps.* infera 2locularis, 2partibilis. *Semina* solitaria.

Zeylanica. 1. Kn. seminibus sulcatis. *Burm. fl. ind. t.* 13. *f.* 2.

stricta. 2. Kn. seminibus glabris. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 25. *f.* 8.

124. HOUSTONIA. *Cor.* 1petala, infundibuliformis. *Caps.* 2locularis, supera, 2partibilis. *Sem.* pauca, dissepimento adhærentia.

cærulea. 1. H. foliis radicalibus ovatis, caule composito, pedunculis primis bifloris. *Moris. hist. plant.* 3. *t.* 4. *f.* 1.

pusilla. 2. H. foliis ovatis utrinque acutis, caule subramoso pedunculoque terminali tetragonis. *Schoepf it.* 2. *p.* 306.

purpurea. 3. H. foliis ovato-lanceolatis, corymbis terminalibus, floribus superis. *An hujus generis?*

longifolia. 4. H. foliis linearibus. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 3. *t.* 49. *f.* 8.

RUSSEA. *Cor.* 1petala campanulata, 4fida. *Cal.* 4phyllus. *Bacca* 4angularis, polyſperma.

ſimplex. 1. RUSSEA. *Smith. pl. ic. ined.* 1. *t.* 6.

125. GALIUM. *Cor.* 1petala, campanulata, brevis. *Sem.* 2 ſubgloboſa, infera, ſuberoſa.

* *fructu glabro.*

rubioides. 1. G. foliis quaternis lanceolato-ovatis æqualibus ſubtus ſcabris, caule erecto.

Walteri. 44. G. foliis quaternis ovatis lævibus, caule ramoſo ſublævi. *Walt. flor. carol. p.* 87.

paluſtre. 2. G. foliis quaternis obovatis inæqualibus, caulibus diffuſis. *Flor. dan. t.* 423.

trifidum. 3. G. foliis quaternis linearibus, caule procumbente ſcabro, corollis trifidis. *Flor. dan. t.* 48.

montanum. 4. G. foliis ſubquaternis linearibus lævibus, caule debili ſcabro.

paſchale. 5. G. foliis ſubquaternis lineari-lanceolatis margine extrorſum ſcabris mucronatis, caule quadrangulo. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 203.

corrudæfolium. 6. G. foliis ſubquaternis rigidis anguſtiſſimis, caule erecto. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 316. *n.* 4.

Juſſieui. 7. G. foliis quinis ſubulatis, caulibus filiformibus proſtratis, floribus ſubumbellatis. *Villars pl. Delph.* 2. *p.* 323. *n.* 11. *t.* 7.

tinctorium. 8. G. foliis linearibus caulinis ſenis, ramorum quaternis, caule flaccido, pedunculis ſubbifloris.

villosum. 4. C. villoso-lanatum, foliis caulinis amplexicaulibus subulatis rectis planis. *Suppl. p.* 392.

1003. SERIPHIUM. *Cal.* imbricatus. *Cor.* 1petala, regularis. *Antheræ* cohærentes. *Sem.* 1. oblongum, infra corollam.

cinereum. 1. S. floribus verticillato-spicatis unifloris, foliis patentibus. *Mant. p.* 481. *Pluckn. mant. t.* 297. *f.* 1.

plumosum. 2. S. floribus spicatis sexfloris, foliis granulato-ovatis. *Mant. p.* 481. *Petiv. gaz. t.* 5. *f.* 4.

fuscum. 3. S. floribus capitatis unifloris, foliis imbricatis. *Mant. p.* 481. *Petiv. gaz. t.* 5. *f.* 2.

ambiguum. 4. S. floribus spicatis trifloris, foliis linearibus. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 543. Artemisia? ambigua.

1057. AMBROSIA. *Flores* compositi, monoici.
♂. *Cal. communis* 1phyllus. *Cor.* 1petala, 3fida, infundibuliformis. *Receptac.* nudum.
♀. *Cal.* 1phyllus, 1florus, integer, ventre 5dentato. *Cor.* o. *Nux* e calice indurato, 1sperma.

trifida. 1. A. foliis trilobis serratis. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 1. *f.* 4.

elatior. 2. A. foliis bipinnatifidis, racemis paniculatis terminalibus glabris.

artemisifolia. 3. A. foliis bipinnatifidis: primoribus ramulorum integerrimis. *Pluckn. alm. t.* 10. *f.* 5.

maritima. 4. A. foliis multifidis, spicis solitariis pilosis subsessilibus. *Kniph. bot. orig. cent.* 2. *n.* 3.

simplici-folia. 5. A. foliis simplicibus lanceolatis, floribus axillaribus subsolitariis. *Walt. flor. carol. p.* 231.

237. KUHNIA. *Flores* compositi flosculosi. *Sem.* solitaria: pappo plumoso. *Receptac.* nudum.

eupatorioides. 1. K. foliis simplicibus. *Linn. fil. dec.* 21. *t.* 11.

pinnata. 2. K. foliis pinnatis. *Walt. flor. carol. p.* 103.

1058. PARTHENIUM. *Flores* compositi, monoici. *Cal. commun.* 5phyllus.
♂. *Cor.* disci 1petalæ. *Antheræ* approximatæ.
♀. *Cor.* radii 5, singulæ 2 masculæ, intermedia feminea supera. *Sem.* nudum.

Hysterophorus. 1. P. foliis composito multifidis. *Nilss. act. paris.* 1711. *t.* 13. *f.* 2.

integrifolium. 2. P. foliis ovatis crenatis. *Mill. illustr. ic.*

1329. CLIBADIUM. *Flores* compositi, monoici. *Cal. communis* imbricatus.
♂. *Cor.* disci 5fidæ. *Antheræ* approximatæ.
♀. *Cor.* radii feminei 3-4. *Sem.* Drupa umbilicata.

surinamense. 1. CLIBADIUM. *Mant. p.* 294.

SCHOEPFIA. *Cor.* campanulata : basi 10sulcata; limbo 5fido. *Cal.* turbinato-angulatus 5dentatus. *Stigma* capitatum, 3fidum. *Bacca* 3locularis.

Schreberi. 1. SCHOEPFIA. *Schreb. gen. pl. Linn.* 1. *p.* 129.

238. ERITHALIS. *Cor.* 5partita : laciniis recurvis. *Cal.* urceolatus. *Bacca* infera, 10sperma.

fruticosa. 1. E. corymbis compositis. *Jacq. stirp. am. pict. t.* 260. *f.* 20. *Plum. ic. t.* 249. *f.* 2.

polygama. 2. E. floribus axillaribus : masculis cymosis, hermaphroditis solitariis. *Forst. fl. austr. p.* 17.

inodora. 3. E. fruticosa procumbens. *Jacq. stirp. amer. p.* 72.

239. MENAIS. *Cor.* hypocrateriformis. *Cal.* 3phyllus. *Bacca* 4locularis. *Sem.* solitaria.

topiaria. 1. MENAIS.

241. MUSSAENDA. *Cor.* infundibuliformis. *Stigm.* 2. crassiuscula. *Bacca* 2locularis, oblonga infera. *Sem.* 4fariam disposita.

frondosa. 1. M. panicula foliis coloratis. *Mant. p.* 338. *Burm. zeyl. t.* 79. *an cum spinosa Gardeniæ generi inserenda ?*

spinosa. 2. M. spinosa, floribus sessilibus aggregatis. *Mant. p.* 45. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 71.

1231. MATTHIOLA. *Cor.* tubulosa, supera, indivisa. *Cal.* integer. *Drupa* nucleo globoso.

scabra. 1. MATTHIOLA. *Plum. ic.* 173. *f.* 2.

242. MIRABILIS. *Cor.* infundibuliformis, ſupera. *Cal.* inferus. *Nectarium* globoſum, germen includens.

dichotoma. 1. M. floribus ſolitariis axillaribus erectis ſeſſilibus. *Mant. cent.* 1. *t.* 1.

Jalapa. 2. M. floribus congeſtis terminalibus erectis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* 3. *Regn. bot. t.* 47.

longiflora. 3. M. floribus congeſtis longiſſimis ſubnutantibus terminalibus, foliis ſubvilloſis. *Act. Stockh.* 1756. *t.* 6. *f.* 1.

243. CORIS. *Cor.* 1petala, irregularis. *Cal.* ſpinoſus. *Capſ.* 5valvis ſupera.

monſpelienſis. 1. CORIS. *Kniph. bot. orig. cent.* 9. *n.* 27.

GENIOSTOMA. *Cor.* 5partita: fauce barbata. *Cal.* 5fidus, perſiſtens. *Stigma* ſulcatum. *Capſ.?* ſupera, 2locularis, polyſperma.

rupeſtre. GENIOSTOMA. *Forſt. char. gen. p.* 12. *t.* 12.

1229. BROSSÆA. *Cor.* truncata. *Cal.* carnoſus. *Capſ.* 5locularis, polyſperma.

coccinea. 1. BROSSÆA. *Plum. ic.* 64. *f.* 2.

245. VERBASCUM. *Cor.* rotata, ſubæqualis. *Capſ.* 2locularis, 2valvis, polyſperma.

Thapſus. 1. V. foliis decurrentibus utrinque tomentoſis, caule ſimplici, ſtigmate globoſo. *Flor. dan. t.* 361.

bicolle. 2. V. foliis decurrentibus utrinque tomentoſis, caule ſimplici, ſtigmate didymo. *Schranck baierſch. Flor.* 1. *p.* 465.

thapſoides. 3. V. foliis decurrentibus, caule ramoſo, *An vere diſtinctum a thapſo?*

Boerhaavii. 4. V. foliis sublyratis, floribus sessilibus. *Mant. p.* 45. *Till. h. pis. t.* 50?

phlomoides. 5. V. foliis ovatis utrinque tomentosis: inferioribus petiolatis. *Moench. fl. hass. t.* 4.

pulverulentum. 6. V. caule ramoso, calicibus farinosis fasciculatis, corollis luteis. *Vill. pl. delph.* 2. *p.* 490.

Lychnitis. 7. V. foliis cuneiformi-oblongis. *Flor. dan. t.* 586.

Chaixi. 8. V. caule ramoso, foliis nudis cordatis petiolatis basi lyratis. *Vill. pl. delph.* 2. *p.* 491. *t.* 13.

nigrum. 9. V. foliis cordato-oblongis petiolaris. *Zorn pl. med. ic.* 1. *t.* 25.

hæmorrhoidale. 10. V. foliis tomentosis ovato-oblongis basi attenuatis obsolete crenulatis, racemis spiciformibus elongatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 236.

ferrugineum. 11. V. foliis subvillosis rugosis: caulinis æqualiter; radicalibus duplicato-crenatis oblongis cordatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 237.

phœniceum. 12. V. foliis ovatis nudis crenatis radicalibus, caule subnudo racemoso. *Jacq. fl. austr.* 2. *t.* 125. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 4. *t.* 55. *f.* 8.

Blattaria. 13. V. foliis amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis solitariis. *Sabb. h. rom.* 2. *t.* 56.

sinuatum. 14. V. foliis radicalibus pinnatifido-repandis tomentosis: caulinis amplexicaulibus nudiusculis, rameis primis oppositis. *Tournef. it.* 1. *p.* 335. *ic.*

Osbeckii. 15. V. foliis incisis nudis caule folioso, pedunculis bifloris, calicibus lanatis. *Tournef. it.* 2. *p.* 83. *ic.*

spinosum. 16. V. caule folioso spinoso frutescente. *Pr. Alp. exot. t.* 36.

Myconi. 17. foliis lanatis radicalibus, scapo nudo. *Trew Ehret. t.* 57.

246. DATURA. *Cor.* infundibuliformis, plicata. *Calix* tubulosus, angulosus, cum corolla deciduus. *Caps.* 4valvis.

* *pericarpiis spinosis.*

ferox. 1. D. pericarpiis erectis ovatis: spinis summis maximis convergentibus. *Moris. hist. pl.* 3. *t.* 2. *f.* 4.

ſtramoni-um. 2. D. pericarpiis erectis ovatis, foliis ovatis glabris. *Flor. dan. t.* 436.

Tatula. 3. D. pericarpiis erectis ovatis, foliis cordatis glabris dentatis.

Metel. 4. D. pericarpiis nutantibus globoſis, foliis cordatis ſubintegris pubeſcentibus. *Rumpf amb.* 5. *t.* 87.

** *pericarpiis tuberculatis.*

faſtuoſa. 5. D. pericarpiis nutantibus globoſis, foliis ovatis angulatis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 243. *f.* 2.

*** *pericarpiis glabris inermibus.*

arborea. 6. D. pericarpiis nutantibus, caule arboreo. *Feuill. per.* 2 *t.* 46.

lævis. 7. D. pericarpiis ovatis erectis, caule herbaceo. *Suppl. p.* 146. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 82.

247. HYOSCYAMUS. *Cor.* infundibuliformis, obtuſa, irregularis. *Stamin.* inclinata. *Capſ.* operculata, 2locularis. *Sem.* plurima, reniformia.

niger. 1. H. foliis amplexicaulibus ſinuatis, floribus ſeſſilibus. *Blackw. herb.* t. 550.

reticulatus. 2. H. foliis caulinis petiolatis cordatis ſinuatis acutis; floralibus integerrimis, corollis ventricoſis. *Camer. hort. t.* 22.

albus. 3. H. foliis petiolatis ſinuatis obtuſis, floribus ſeſſilibus. *Blackw. herb. t.* 111. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 5. *t.* 76. *f.* 8.

aureus. 4. H. foliis petiolatis dentatis acutis, floribus pedunculatis, fructibus pendulis. *Bulliard herb. Franc. t.* 20.

muticus. 5. H. foliis petiolatis ovatis acutangulis, calicibus muticis, bracteis indiviſis. *Mant. p.* 45.

Datora. 6. H. foliis petiolatis, ovato-lanceolatis ſubdentatis, floribus ſpicatis ſubſeſſilibus, caule villoſo. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 45.

puſillus. 7. H. foliis lanceolatis dentatis: floralibus inferioribus binis, calicibus ſpinoſis. *Mant. p.* 339. *Pluckn. alm. t.* 37. *f.* 5.

phyſaloides. 8. H. foliis ovatis integerrimis, calicibus inflatis ſubgloboſis. *Amœn. ac.* 7. *t.* 6. *f.* 1.

Scopolia. 9. H. foliis ovatis integris, calicibus inflatis campanulatis lævibus. *Mant. p.* 46. 339. *Jacq. obs. bot.* 1. *t.* 20.

248. NICOTIANA. *Cor.* infundibuliformis: limbo plicato. *Stam.* inclinata. *Caps.* 2valvis, 2locularis. *Sem.* parva, subreniformia.

Tabacum. 1. N. foliis lanceolato-ovatis sessilibus decurrentibus, floribus acutis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* T. 11. *Gaertn. de fr. & sem. c.* 4. *f.* 55. *f.* 11.

fruticosa. 2. N. foliis lanceolatis subpetiolatis amplexicaulibus, floribus acutis, caule frutescente.

rustica. 3. N. foliis petiolatis ovatis integerrimis, floribus obtusis. *Blackw. herb. t.* 437.

paniculata. 4. N. foliis petiolatis cordatis integerrimis, floribus paniculatis obtusis clavatis. *Feuill. per.* 1. *t.* 10.

urens. 5. N. foliis cordatis crenatis, racemis recurvatis, caule hispido pruriginoso. *Plum. ic.* 211.

glutinosa. 6. N. foliis petiolatis cordatis integerrimis, floribus racemosis secundis subringentibus. *Act. Stockh.* 1753. *t.* 2.

pusilla. 7. N. foliis oblongo-ovalibus radicalibus, floribus racemosis acutis. *Mill. ic.* 185. *f.* 2.

minima. 8. N. foliis sessilibus ovatis, floribus obtusis. *Molin. hist. nat. Chil. p.* 129.

JABOROSA. *Cor.* tubulosa, calice 5fido longior: limbo 5fido. *Filamenta* plana summo tubo inserta. *Stigma* capitatum.

bonariensis. 1. JABOROSA. *Jussieu gen. plant. p.* 125.

249. ATROPA. *Cor.* campanulata. *Stam.* distantia. *Bacca* globosa, 2locularis.

Mandragora. 1. A. acaulis, scapis unifloris. *Balliard herb. Franc. t.* 145. 146.

Belladonna. 2. A. caule herbaceo, foliis ovatis integris. *Jacq. fl. austr.* 4. *t.* 309.

physaloides. 3. A. caule herbaceo, foliis sinuato-angulatis, calicibus clausis acutangulis. *Mant. p.* 339. *Jacq. obs. bot.* 4. *t.* 98. *nonne distincti generis?*

solanacea. 4. A. caule fruticoso, pedunculis solitariis, foliis subovatis. *Mant. p.* 205. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 173. Solanum guineense. *Commel. h. amstel.* 2. *t.* 96.

arborescens. 5. A. caule frutescente, pedunculis confertis, corollis revolutis, foliis oblongis. *Plum. ic.* 46. *f.* 1.

frutescens. 6. A. caule fruticoso, pedunculis confertis, foliis cordato-ovatis obtusis. *Barr. pl. rar. ic.* 1173.

250. PHYSALIS. *Cor.* rotata. *Stam.* conniventia. *Bacca* intra calicem inflatum, 2locularis.

* *perennes.*

somnifera. 1. Ph. caule fruticoso, ramis rectis, floribus confertis.

flexuosa. 2. Ph. caule fruticoso, ramis flexuosis, floribus confertis *Rheed. h. mal.* 4. *t.* 55.

aristata. 3. Ph. caule fruticoso, ramis pedunculis petiolisque lanuginosis, foliis glabris, calicis denticulis aristatis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 244.

arborescens. 4. Ph. caule fruticoso, foliis ovatis pilosis, floribus solitariis: corollis revolutis. *Mill. dict. t.* 206. *f.* 2.

curassavica. 5. Ph. caule fruticoso, foliis ovatis tomentosis. *Pluckn. alm. t.* 111. *f.* 5.

prostrata. 6. Ph. caule procumbente tereti hirsuto ramosissimo, foliis subcarnosis. *Herit. stirp. nov.* 3. *p.* 43. *t.* 22.

viscosa. 7. Ph. foliis geminis repandis obtusis subtomentosis, caule herbaceo superne paniculato. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 136.

pensylvanica. 8. Ph. foliis ovatis subrepandis obtusis nudiusculis, floribus geminis, caule herbaceo.

Alkekengi. 9. Ph. foliis geminis integris acutis, caule herbaceo inferne subramoso. *Knorr del. hort.* 1. *t.* 1. 4.

peruviana. 10. Ph. pubescens, foliis ovatis integerrimis.

tomentosa. 11. Ph. caule arborescente ramis erectis, foliis cordato-acuminatis sinuato-repandis, inferne alternis, summis geminis. *Medic. act. palat.* 4. *phys. p.* 184. *t.* 4.

lutea. 12. Ph. calicibus fructiferis pyriformibus clausis fertis, corollis immaculatis. *Medic. act. palat.* 4. *phys. p.* 186. *Visonsæ proxima.*

** *annuæ.*

angulata. 13. Ph. ramosissima, ramis angulatis glabris, foliis ovatis dentatis. *Dill. h. Elth. t.* 12. *f.* 12.

pubescens. 14. Ph. ramosissima, foliis villoso-viscosis, floribus pendulis. *Feuill. per. t.* 1.

minima. 15. Ph. ramosissima, pedunculis fructiferis folio villoso longioribus. *Sabb. h. rom.* 2. *t.* 64.

pruinosa. 16. Ph. ramosissima, foliis subvillosis, pedunculis strictis, calicibusque fructiferis longissimis. *Dill. h. Elth. t.* 9. *f.* 9.

barbadensis. 17. Ph. ramosissima, foliis cordatis villosis, calicibus fructescentibus pendulis ovatis acutis pentagonis. *Jacq. plant. rar. ic. cent.* 1. *t.* 70.

ramosa. 18. Ph. foliis simplicibus geminisque late ovatis acutis sinuato-dentatis subvillosis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 204.

dubia. 19. Ph. ramosissima, pedunculis calicibusque fructiferis brevissimis. *Medic. act. palat.* 4. *phys. p.* 188. *t.* 5. *f.* 1.

limensis. 20. Ph. foliis ovatis repandis pilosis, calicibus florum inflatis scariosis. *Retz. obs. bot.* 5. *p.* 22.

nutans. 21. Ph. foliis alternis ovatis cauleque subangulatis tomentosis, floribus solitariis nutantibus. *Walt. flor. carol. p.* 99.

251. SOLANUM. *Cor.* rotata. *Antheræ* subcoalitæ: poro gemino dehiscentes. *Bacca* 2locularis.

* *Inermia.*

laurifolium. 1. S. caule arboreo, foliis petiolatis ovato-oblongis subtus tomentosis, panicula terminali dichotoma divaricata. *Suppl. p.* 148.

verbascifolium. 2. S. caule fruticoso, foliis ovatis tomentosis integerrimis, umbellis compositis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 13.

Pseudo-capsicum. 3. S. caule fruticoso, foliis lanceolatis repandis, umbellis sessilibus. *Kniph. bot. orig. cent. 6. n. 87.*

diphyllum. 4. S. caule fruticoso, foliis geminis: altero minore, floribus cymosis. *Jacq. pl. rar. ic. cent. 2. t. 53.*

bonariense. 5. S. caule subinermi fruticoso, foliis ovato-oblongis sinuato-repandis scabris. *Mant. p. 205. Dill. h. Elth. t. 270. f. 351.*

aviculare. 6. S. caule fruticoso, foliis sinuato-pinnatifidis, corymbis terminalibus. *Forst. fl. austr. p. 18.*

nodiflorum. 7. S. caule fruticoso debili, ramis ad divisiones incrassatis, foliis petiolatis ovatis integerrimis, pedunculis umbellatis. *Jacq. coll. 2. p. 288. pl. rar. ic. cent. 2. t. 54.*

Tagore. 8. S. caule fruticoso, foliis inferioribus profunde sinuatis: superioribus cordatis. *Aubl. pl. guj. 1. p. 212. t. 83.*

subinerme. 67. S. caule frutescente subinermi, foliis lanceolato-ovatis integerrimis. *Jacq. stirp. amer. ed. 2. t. 259. f. 15.*

bombense. 68. S. caule frutescente, foliis ovalibus integerrimis, racemis corymbosis. *Jacq. stirp. amer.*

Dulcamara. 9. S. caule frutescente flexuoso, foliis superioribus hastatis, racemis cymosis. *Curt. flor. Lond. t. 4.*

havanense. 10. S. caule frutescente, foliis lanceolatis nitidis integerrimis, pedunculis subbifloris. *Mant. p. 47. Jacq. stirp. amer. pict. t. 48.*

triste. 11. S. caule frutescente, foliis lanceolato-oblongis subrepandis glabris, racemis subcymosis. *Jacq. stirp. amer. pict. t. 49.*

racemosum. 12. S. caule frutescente, foliis lanceolatis repandis undulatis, racemis longis erectis. *Mant. p. 47. Jacq. stirp. amer. pict. t. 50.*

terminale. 13. S. caule frutescente, foliis ovalibus acutis, umbellis terminalibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p. 45.*

mauritianum. 14. S. caule frutescente: ramis superioribus lanatis, foliis oblongis tomentosis integris, racemis terminalibus glandulosis. *Scop. delic. ins. 3. p. 16. t. 8.*

macrocarpon. 15. S. caule suffruticoso, foliis cuneatis repandis glabris. *Mant. p. 205. Mill. ic. 294.*

corymbosum. 16. S. caule suffruticoso, foliis ovatis integris subtrilobisque, floribus cymosis. *Thouin apud Retz. obs. bot. 5. p. 22.*

rubrum. 17. S. caule subperennante, foliis geminis ovatis integerrimis, pedunculis subumbellatis.

repandum. 18. S. caule subherbaceo flexuoso lævi, foliis ovatis repandis tomentosis, pedunculis axillaribus cymosis. *Forst. fl. austr.* p. 18.

quercifolium. 19. S. caule subherbaceo flexuoso angulato scabro, foliis pinnatifidis, racemis cymosis. *Feuill. peruv. t.* 15.

radicans. 20. S. caule herbaceo lævi teretiusculo prostrato radicante, foliis pinnatifidis, racemis cymosis. *Linn. fil. dec.* 1. *t.* 10.

Cari. 21. S. caule herbaceo, foliis pinnatis integris, nectario campanulato petala subæquante. *Molin. hist. nat. Chil. p.* 109. *an hujus generis?*

tuberosum. 22. S. caule herbaceo, foliis pinnatis integerrimis, pedunculis subdivisis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* 5. 9. 10.

pimpinellifolium. 23. S. caule herbaceo, foliis pinnatis integerrimis, racemis simplicibus.

Lycopersicon. 24. S. caule herbaceo, foliis pinnatis incisis, racemis bipartitis aphyllis, fructibus glabris. *Regn. bot. t.* 58.

spurium. 25. S. caule herbaceo, foliis pinnatis incisis, racemis simplicibus, fructibus subvillosis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 11.

peruvianum. 26. S. caule herbaceo, foliis pinnatis incisis tomentosis, racemis bipartitis foliosis, baccis pillosis. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 3.

montanum. 27. S. caule herbaceo, foliis subcordatis repandis. *Feuill. peruv. t.* 46.

nigrum. 28. S. caule herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, racemis distichis nutantibus. *Flor. dan. t.* 460.

quadrangulare. 29. S. caule herbaceo tetragono scabro, foliis rhombeis dentatis integrisque. *Suppl. p.* 147.

æthiopicum. 30. S. caule herbaceo, foliis ovatis repando-angulatis, pedunculis fertilibus unifloris cernuis. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 12.

Melongena. 31. S. caule herbaceo, foliis ovatis tomentosis, pedunculis pendulis incrassatis, calicibus inermibus. *Regn. bot. t.* 60.

corymbiferum. 32. S. caule ramoso herbaceo infra ramoso, foliis ovatis integerrimis glabris. *Jacq. collect.* 1. *p.* 78.

lyratum. 33. S. caule herbaceo erecto, foliis lyrato-hastatis tomentosis. *Thunb. fl. jap. p.* 92.

scandens. 34. S. caule volubili, foliis cordatis ovatis depedentibus subtus mollissimis, paniculis terminalibus. *Suppl. p.* 147.

aegyptiacum. 35. S. foliis glabris subangulatis, baccis rubris. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 46. *an distincta species?*

memphiticum. 36. S. foliis integris villosissimis, baccis nigris. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 46. *an distincta species?*

villosum. 37. S. foliis villosis ovalibus basi obliquis margine repandis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 47.

** *aculeata.*

coagulans. 38. S. caule subaculeato, foliis ovato-oblongis obtusis sinuatis: costa petioloque calicibusque aculeatis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 47.

incanum. 39. S. pedunculis, petiolis costisque foliorum aculeatis, floribus racemosis: calicibus subinermibus. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 46.

armatum. 40. S. caule procumbente, foliis oblongis dentato-sinuatis glabris aculeatis, pedunculis racemosis oppositifoliis. *Forsk. fl. aeg. arab. p.* 47.

lanceaefolium. 41. S. caule petiolisque aculeatis, foliis lanceolatis integerrimis. *Jacq. coll.* 2. *p.* 286. *pl. rar. ic. cent.* 2. *fasc.* 1. *t.* 6.

paniculatum. 42. S. caule petiolisque aculeatis, foliis sinuato-angulatis supra glabris, floribus paniculatis.

virginianum. 43. S. caule angulato, foliis pinnatifidis undique aculeatis: laciniis sinuatis obtusis, calicibus aculeatis. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 5.

campechiense. 44. S. caule hirto, foliis cordato-oblongis quinquelobis: sinubus obtusis elevatis. *Mant. p.* 340. *Dill. h. Elth. t.* 268. *f.* 347.

carolinense. 45. S. caule annuo, foliis hastato-angulatis: aculeis utrinque rectis, racemis laxis. *Dill. h. Elth. t.* 269. *f.* 348. β) *Jacq. pl. rar. ic. cent.* 2. *t.* 4.

mammosum. 46. S. caule herbaceo, foliis cordatis angulato-lobatis: utrinque villosis aculeatis. *Merian. surin. t.* 27.

ferox. 47. S. caule herbaceo, foliis cordatis angulatis tomentosis aculeatis, baccis hirtis calice obtectis.

insanum. 48. S. caule herbaceo, foliis ovatis tomentosis, pedunculis pendulis incrassatis, calicibus aculeatis. *Knorr del. hort.* 1. *t.* T. 10.

cordatum. 49. S. caule subaculeato fruticoso, foliis cordato-subrotundis integris inermibus, pedunculis lateralibus solitariis unifloris. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 47.

aculeatissimum. 50. S. caule suffruticoso foliisque cordatis lobatis dentatis aculeatissimis. *Jacq. coll.* I. *p.* 100.

volubile. 51. S. caule fruticoso scandente, foliis angulatis: petiolis, rhachibus calicibusque aculeatis, racemis laxis. *Swartz nov. pl. gen. & sp. p.* 47.

indicum. 52. S. caule fruticoso, foliis cuneiformibus angulatis subvillosis integerrimis: aculeis utrinque rectis. *Burm. zeyl. t.* 102.

trifoliatum. 69. S. caule fruticoso, foliis ternatis ovatis integerrimis. *Burm. ind. t.* 22. *f.* 3.

fuscatum. 53. S. caule fruticoso, foliis ovatis obtuse lobatis: aculeis utrinque rectis; superioribus coloratis. *an mera campechiensis varietas? Jacq. pl. rar. ic.* I. *t.* 77.

sodomeum. 54. S. caule fruticoso-tereti, foliis pinnatifido-sinuatis sparse aculeatis mulis, calicibus aculeatis. *Herm. parad. lugdb. t.* 575.

sanctum. 55. S. caule fruticoso: aculeis tomentosis foliisque oblique ovatis repandis. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* I. *t.* 76.

hybridum. 56. S. caule fruticoso, foliis ovatis subinermibus acutis repandis tenellis, dorso & oris violaceo-pulverulentis. *Jacq. h. Vind.* 2. *t.* 113.

coccinerum. 57. S. caule fruticoso, foliis ovatis subrepandis uno alterove aculeo armatis subtomentosis. *Jacq. pl. rar. ic. cent.* I. *t.* 24.

tomentosum. 58. S. caule fruticoso: aculeis acerosis, foliis cordatis inermibus subrepandis: tenellis purpureo-pulverulentis. *Bocc. sic. t.* 8. *f.* 5.

bahamense. 59. S. caule fruticoso, foliis lanceolatis repandis obtusis margine reflexis, racemis simplicibus. *Sloan. hist. jam.* I. *t.* 11. *f.* 3.

igneum. 60. S. caule fruticoso, foliis lanceolatis acuminatis basi utrinque revolutis, racemis simplicibus. *Jacq. h. Vind. t.* 14.

trilobatum. 61. S. caule fruticoso, foliis cuneiformibus subtrilobis glabris obtusis inermibus. *Burm. ind. t.* 22. *f.* 2.

marginatum. 62. S. caule fruticoso, foliis sinuato-angulatis, subtus omnino, superne margine tomentosis, calicibus tripartitis. *Murray comm. Goett.* 1783. *t.* 4.

capenſe. 63. S. caule fruticoſo tereti, foliis ſinuato-pinnatifidis aculeatis nudis: laciniis alternis integris obtuſis. *Suppl. p.* 147.

zeylanicum. 64. S. caule fruticoſo, foliis ſinuatis: pedunculis calicibusque aculeatis. *Scopol. del. inſubr.* 1. *p.* 1. *t.* 1. *an diſtincta ſatis ſpecies?*

*** *ſpinoſa.*

lycioides. 65. S. caule fruticoſo - foliis ellipticis. *Mant. p.* 46.

ſtellatum. 66. S. caule fruticoſo, foliis lanceolatis integerrimis, pedunculis axillaribus unifloris ſubgeminis. *Jacq. collect.* 3. *p.* 254.

252. CAPSICUM. *Cor.* rotata. *Antrum* corticoſum ſemibiloculare.

annuum. 1. C. caule herbaceo, pedunculis ſolitariis. *Knorr del. hort.* 2. *t.* C. 6.

groſſum. 2. C. caule ſuffruteſcente, fructibus incraſſatis variis. *Mant. p.* 47. *Beſl. h. Eyſt. aut.* 2. *t.* 2. *f.* 1.

ſinenſe. 3. C. caule fruticoſo, floribus fructibusque pendulis. *Jacq. h. Vind.* 3. *t.* 67.

baccatum. 4. C. caule fruticoſo lævi, pedunculis geminis. *Sloan. hiſt. jam.* 1. *t.* 146. *f.* 2.

fruteſcens. 5. C. caule fruticoſo ſcabriuſculo, pedunculis ſolitariis. *Rumpf amb.* 5. *t.* 88. *f.* 1. 3. 4.

253. STRYCHNOS. *Cor.* 5fida. *Bacca* 1locularis: cortice lignoſo.

Nux Vomicæ. 1. Str. foliis ovatis, caule inermi, cymis terminalibus. *Blackw. herb. t.* 395.

Colubrina. 2. Str. foliis ovatis acutis, cirrhis ſimplicibus. *Blackw. herb. t.* 403. *an vere diſtincta a nuce vomica? Suppl. p.* 149.

potatorum. 3. Str. inermis, foliis oppoſitis ovatis acutis petiolatis, paniculis verticillatis. *Suppl. p.* 148.

Telankotta. 4. Str. foliis ovato-lanceolatis, umbellis ſeſſilibus. *Retz. obſ. bot.* 2. *p.* 22.

240. GENIPA. *Cor.* rotata. *Stigma* clavatum. *Bacca* 2locularis. *Sem.* nidulantia. cordata.

americana. 1. GENIPA. *Plum. ic.* 136. *an ad Gardeniæ genus referenda?*

1370. IGNATIA. *Cor.* infundibuliformis longiſſima. *Cal.* 5dentatus. *Drupa* 1locularis, polyſperma.

amara. 1. IGNATIA. *Suppl. p.* 149.

SMITHIA. *Cor.* campanulata, infera, exterius hiſpida. *Cal.* perſiſtens. *Stil.* ſimplex. *Drupa* globoſa.

Thouinia. 1. SMITHIA. *Smith pl. ic. ined.* 1. *t.* 7.

291. CESTRUM. *Cor.* infundibuliformis. *Stamina* denticulo in medio. *Bacca* 1locularis polyſperma.

laurifolium. 1. C. filamentis denticulatis nudiſve, foliis ellipticis coriaceis nitidiſſimis, pedunculis petiolo brevioribus. *Herit. ſtirp. nov.* 4. *p.* 69. *t.* 34.

nocturnum. 2. C. filamentis dentatis, pedunculis ſubracemoſis folio æqualibus. *Sloan. hiſt. jam.* 2. *t.* 204. *f.* 2. *Gaertn. de fr. & ſem. cent.* 5. *t.* 77. *f.* 9.

auriculatum. 3. C. filamentis edentulis, ſtipulis lunatis. *Herit. ſtirp. nov.* 4. *p.* 71. *t.* 35.

veſpertinum. 4. C. filamentis edentulis; corollæ tubo filiformi, pedunculis breviſſimis. *Jacq. ſtirp. amer. pict. t.* 16.

diurnum. 5. C. filamentis edentulis, corollæ laciniis ſubrotundis reflexis, foliis lanceolatis. *Dill. h. Elth. t.* 154. *f.* 186.

Parqui. 6. C. filamentis dentatis nudiſve, caule florifero paniculato, ſtipulis linearibus. *Herit. ſtirp. nov.* 4. *p.* 73. *t.* 36.

tomentoſum. 7. C. floribus confertis ſeſſilibus terminalibus: calicibus, foliis ramiſque tomentoſis. *Suppl. p.* 150.

hirtum. 8. C. floribus subspicatis axillaribus, foliis subcordatis ovatis acutis: subtus ramulisque hirtis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 49.

fœtidum. 9. C. corymbo sessili folioso ramulum terminante. *Medic. act. palat.* 4. *phys. p.* 192.

* *Jungenda etiam huic generi videtur* arbor toxicaria macassariensis.

262. LYCIUM. *Cor.* tubulosa: fauce clausa filamentorum barba. *Bacca* 2locularis, polysperma.

* *inermia.*

japonicum. 1. L. foliis ovatis nervosis planis, floribus sessilibus. *Thunb. fl. jap. p.* 93.

barbatum. 2. L. foliis oblongis glabris, stipulis barbatis, floribus aggregatis pedunculis. *Suppl. p.* 150.

** *spinosa.*

afrum. 3. L. foliis fasciculatis linearibus, ramis strictis. *Nissol. act. paris.* 1711. *t.* 12.

ruthenicum. 4. L. foliis fasciculatis linearibus, ramis dependentibus. *Murray comm. Goett.* 1779. *p.* 2. *t.* 2. *Pallas fl. ross. t.* 49.

fœtidum. 5. L. foliis opositis ovato-lanceolatis, stipulis interfoliaceis setaceo-spinescentibus, floribus axillaribus sessilibus. *suppl. p.* 150. *nonne distincti generis?*

tetrandrum. 6. L. foliis ovatis obtusis carnosis, ramis angulatis glabris, floribus quadrifidis tetrandris. *Suppl. p.* 150.

heterophyllum. 7. L. foliis ovatis flexuosis glaucis, ramis horizontalibus, spinis gemmaceis. *Murray comm. Goett.* 1783. *t.* 2.

barbarum. 8. L. foliis lanceolatis solitariis, ramis dependentibus. *Trew Ehret.* 33. *t.* 68.

europæum. 9. L. foliis obliquis, ramis flexuosis teretibus. *Mant. p.* 47. *Mich. nov. pl. gen. t.* 105. *f.* 1.

capsulare. 10. C. foliis lanceolatis tenuibus glabris, pedunculis calicibusque pubescentibus, pericarpiis capsularibus.

CRYPTOSTOMUM. *Cor.* infundibuliformis: nectario fornicato, 5dentato, orificium claudente. *Bacca* globosa 3locularis. *Semina* solitaria.

guianense. 1. CRIPTOSTOMUM. *Aubl. pl. guj.* 2. *p.* 679. *t.* 274.

PLACOMA. *Cor.* 5fida. *Cal.* 5dentatus, superus. *Bacca* 3locularis. *Sem.* solitaria.

pendulum. 1. PLACOMA. *Ait. hort. Kew.* 1.

254. JACQUINIA. *Cor.* 10fida. *Stamina* receptaculo inserta. *Bacca* 1sperma.

armillaris. 1. J. foliis obtusis cum acumine. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 56.

ruscifolia. 2. J. foliis lanceolatis acuminatis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 57.

linearis. 3. J. foliis linearibus acuminatis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 58.

venosa. 4. J. foliis ovato-lanceolatis venosis submembranaceis. *Swartz nov. pl. gen. & sp. p.* 47.

XYSTRIS. *Cor.* 5partita patens: tubo brevissimo. *Filamenta* apicê divergentia. *Stil.* 2 inferne coaliti. *Drupa* globosa: basi villosa. *Nux* globosa, 10locularis.

Schreberi. 1. XYSTRIS. *Schreb. gen. pl. Linn.* 1. *p.* 138.

BASSOVIA. *Cor.* 5fida patens: tubo brevissimo. *Bacca* ovata nodulosa, polysperma.

silvatica. 1. BASSOVIA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 217. *t.* 85.

URCEOLARIA. *Cal.* campanulatus, integerrimus. *Cor.* hypocrateriformis, 5fida. *Stigm.* 2clavatum. *Bacca?*

exotica. 1. URCEOLARIA. *Willden. ap. Cothen. meth. pl. disp. p.* 10.

VALLARIS. *Cal.* 5partitus. *Cor.* hypocrateriformis, 5fida. *Anthèr.* glanduliferæ. *Stigma* craſſa. *Pericarpium* - -

indica. 1. VALLARIS. *Burm. ind. p.* 51.

MEISTERIA. *Cal.* 5dentatus. *Cor.* 5partita: laciniis concavis, membrana diſtinctis. *Stigm.* 3ovata. *Pericarpium* - -

anonyma. 1. MEISTERIA. *Scopol. introd. g.* 868.

255. CHIRONIA. *Cor.* rotata. *Piſtillum* declinatum. *Stamina* tubo corollæ inſidentia. *Antheræ* demum ſpirales. *Pericarpium* 2loculare.

* *herbaceæ.*

trinervia. 1. ch. foliolis calicinis membranaceo-carinatis. *Burm. zeyl. t.* 67.

jaſminoides. 2. Ch. caule tetragono, foliis lanceolatis.

lychnoides. 3. Ch. caule ſimplici, foliis lineari-lanceolatis. *Mant. p.* 207.

campanulata. 4. Ch. foliis ſublinearibus, calicibus longitudine corollæ.

angularis. 5. Ch. caule acutangulo, foliis ovatis amplexicaulibus.

linoides. 6. Ch. foliis linearibus, calicibus ſemiquinquefidis obtuſis. *Breyn. cent.* 175. *t.* 90.

nudicaulis. 7. Ch. caulibus ſubdiphyllis ſimpliciſſimis unifloris, foliis oblongis obtuſiuſculis, calicibus dentibus ſetaceis. *Suppl. p.* 151.

dichotoma. 8. Ch. caule ſubtereti dichotomo, foliis ſeſſilibus ovato-lanceolatis, pedunculis elongatis ſolitariis unifloris. *Walt. flor. carol. p.* 95.

lanceolata. 9. Ch. caule ſubangulari, foliis lanceolatis remotis, floribus corymboſis. *Walt. flor. carol. p.* 95.

dodecandra. 10. Ch. caule flexuoso, foliis cuneiformi-oblongis, floribus subdecemfidis. *Walt. flor. carol. p.* 95.

decandra. 11. Ch. caule erecto rigido, foliis linearibus, floribus decemfidis. *Walt. flor. carol. p.* 95.

** *fruticosae.*

baccifera. 12. Ch. caule tetragono, pericarpiis baccatis. *Commel. rar.* 9. *t.* 9.

frutescens. 13. Ch. foliis lanceolatis subtomentosis, calicibus campanulatis. *Burm. afr. t.* 74. *f.* 1.

tetragona. 14. Ch. foliis ovatis trinerviis obtusiusculis, foliolis calicinis obtusiusculis carinatis. *Suppl. p.* 151.

256. CORDIA. *Cor.* infundibuliformis. *Stilus* dichotomus. *Drupa* 1locularis: *nucleo* 2-4loculari.

Gerascanthes. 1. C. foliis lanceolato-ovatis scabris, panicula terminali, calicibus decemstriatis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 259. *f.* 12. *Brown. jam. t.* 29. *f.* 3.

juglandifolia. 15. C. foliis oblongis scabris, integerrimis. *Jacq. stirp. amer.*

Sebestena. 2. C. foliis oblongo-ovatis repandis scabris. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 44.

dichotoma. 3. C. foliis oblongo-ovatis vix crenatis, corymbis dichotomis. *Forst. fl. austr. p.* 18.

flavescens. 4. C. foliis ovato-oblongis acuminatis integerrimis, racemis axillaribus. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 226. *t.* 89.

tetraphylla. 5. C. foliis ovatis quaternis verticillatis, pedunculis corymbiferis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 224. *t.* 88.

aspera. 6. C. foliis ovatis acuminatis asperis, floribus cymosis rugosis. *Forst. fl. austr. p.* 18.

spinescens. 7. C. foliis ovatis acutis serratis scabris, petiolis subspinescentibus. *Mant. p.* 206.

Myxa. 8. C. foliis ovatis supra glabris, corymbis lateralibus, calicibus decemstriatis. *Blackw. herb. t.* 398. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 5. *t.* 76. *f.* 1.

tetrandra. 9. C. foliis ovatis supra glabris subtus asperis, floribus corymbosis tetrandris. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 222. *t.* 87.

macrophylla. 10. C. foliis ovatis villosis sesquipedalibus. *Sloan. hist. jam.* 2. *t.* 221. *f.* 1.

micrantha. 11. C. foliis ellipticis lanceolatis integerrimis membranaceis venosis, racemis compositis laxis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 47.

elliptica. 12. C. foliis ellipticis acuminatis integris coriaceis, racemis compositis diffusis, drupis acuminatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 47.

Callococca. 13. C. foliis cordato-ovatis integerrimis, floribus corymbosis, calicibus interne tomentosis. *Sloan. jam.* 2. *t.* 203. *f.* 2.

Toquevé. 14. C. foliis cordatis acuminatis subtus tomentosis, floribus racemosis. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 228. *t.* 90.

MARIPA. *Cor.* 5fida: tubo longo; fauce patula ventricosa. *Cal.* 5partitus. *Stigma* peltatum. *Pericarp.* 2loculare: loculis 2spermis.

scandens. 1. MARIPA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 230. *t.* 91.

208. PATAGONULA. *Cor.* rotata. *Stil.* dichotomus. *Cal.* fructiferus maximus.

americana. 1. PATAGONULA. *Dill. h. Elth. t.* 226. *f.* 293. *an distincti a Cordiis generis?*

257. EHRETIA. *Bacca* 2locularis. *Sem.* solitaria, 2locularia. *Stigma* emarginatum.

spinosa. 1. E. spinosa, foliis oblongis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 259. *f.* 14.

halimifolia. 2. E. spinosa, foliis subrotundis glaucis. *Herit. stirp. nov.* 3. *p.* 45. *t.* 23. *Supl. p.* 150.

virgata. 3. E. foliis oblongis integris superne scabris, ramis filiformibus, floribus terminalibus sparsis, calicibus hirsutis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 47.

dubia. 8. E. foliis oblongo-lanceolatis integerrimis, pedunculis unifloris aggregatis. *Jacq. obs. bot.* 1. *p.* 19.

trinifolia. 4. E. foliis oblongo-ovatis integerrimis glabris, floribus paniculatis. *Trew Ehret.* 24.

Beurreria. 5. E. foliis ovatis integerrimis lævibus, floribus subcorimbosis; calicibus glabris. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 45.

internodis. 6. E. foliis ovatis integris, floribus paniculatis lateralibus. *Herit. stirp. nov.* 3. *p.* 47. *t.* 24.

Lycium boerhaaviæfolium.

exsucca. 7. E. foliis cuneiformi-lanceolatis margine reflexis. *Jacq. stirp. amer. pict.* 259. *f.* 13.

258. VARRONIA. *Cor.* 5fida. *Drupa* nucleo 4loculari.

lineata. 1. V. foliis lanceolatis lineatis, pedunculis lateralibus petiolo adnatis, spicis globosis. *Pluckn. alm. t.* 328. *f.* 5.

curassavica. 2. V. foliis lanceolatis, spicis oblongis.

macrostachya. 8. V. foliis lanceolato-oblongis, spicis oblongis. *Jacq. stirp. amer.*

humilis. 9. V. foliis lanceolato-oblongis, spicis subrotundis, nucleo biloculari. *Brown jam. t.* 13. *f.* 2.

globosa. 3. V. foliis lanceolato-oblongis, caule dichotomo, pedunculis axillaribus elongatis nudis, spicis globosis.

bullata. 4. V. foliis ovatis venoso-rugosis, spicis globosis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 43.

mirabiloides. 5. V. foliis ovatis rugosis serratis, floribus racemosis secundis, corollis hypocrateriformibus. *Swarts n. pl. gen. & sp. p.* 48.

martinicensis. 6. V. foliis ovatis acuminatis, spicis oblongis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 42.

alba. 7. V. foliis cordatis, floribus cymosis. *Commel. h. amstel.* 1. *t.* 80.

ARDISIA. *Cal.* 5phyllus. *Cor.* reflexa 5partita. *Anth.* magnæ, erectæ. *Stigm.* simplex. *Drupa* 1sperma, supera.

tinifolia. 1. A. floribus paniculatis, foliis ellipticis integris nervosis, caule arboreo. *Sloan. hist. jam.* 2. *t.* 205.

coriacea. 2. A. floribus paniculatis, foliis oblongis integris aveniis coriaceis. *Swarts nov. pl. gen. et sp. p.* 48.

serrulata. 3. A. floribus paniculatis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis rugosis, caule fruticoso pubescente. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 48.

lateriflora. 4. A. racemis lateralibus axillaribusve compositis umbellatis, foliis oblongis acuminatis integerrimis, caule fruticoso. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 48.

parasitica. 5. A. racemis axillaribus simplicibus, foliis sessilibus lanceolato-ovatis lineatis, caule fruticoso. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 48.

excelsia. 6. A. racemis axillaribus, foliis obovatis margine cartilagineo-serratis. *Ait. hort. Kew.* 1. 261.

259. LAUGERIA. *Cor.* 5fida. *Drupa* nucleo 2-*vel* 5loculari.

odorata. 1. L. caule subspinoso, foliis subovatis acutis glabris, racemis paniculatis, nucleis quinquelocularibus. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 259. *f.* 16.

tomentosa. 2. L. foliis ovatis acutis integris subtus tomentosis, racemis dichotomis, nucleo biloculari, *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 48.

lucida. 3. L. foliis oblongis obtusis integris membranaceis nitidis, racemis dichotomis, nucibus bilocularibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 48.

263. CHRYSOPHYLLUM. *Cor.* campanulata, 10-fida: laciniis alternis patulis. *Bacca* 10sperma, *rarius* 1sperma.

Cainito. 1. Chr. foliis ovatis parallele striatis subtus tomentoso-nitidis. *Jacq. stirp. amer. pict. t.* 51.

β) Chr. foliis subtus ferrugineis, superne glabris. *γ) Brown jam. t.* 14. *f.* 2. *δ) Jacq. stirp. amer. pict. t.* 52. *ε) Jacq. stirp. amer. pict. t.* 53.

monopyrenum. 2. pChr. foliis ellipticis acuminatis subtus tomentoso-aureis, fructu ovato monospermo. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 49.

microcarpum. 3. Chr. foliis ovatis glabris fubtus pubefcentibus, baccis oblongis obliquis monofpermis. *Swarts nov. pl. gen. & fp. p.* 49.

argenteum. 4. Chr. foliis falcato-ovatis fubtus tomentofo-nitidis. *Jacq. ftirp. amer. pict. t.* 54.

rugofum. 5. Chr. foliis oblongis acuminatis utrinque glabris, fructu acuminato rugofo. *Swarts nov. pl. gen. & fp. p.* 49.

glabrum. 6. Chr. foliis utrinque glaberrimis. *Jacq. ftirp. amer. pict. t.* 55.

Macucu. 7. Chr. foliis utrinque glabris ovato-oblongis acuminatis. *Abl. pl. guj.* 1. *p.* 233. *t.* 92.

RINOREA. *Petala* 10: interiora minora. *Cal.* 5 partitus. *Anther.* 2 valves. *Germen & ftilus* villofus. *Stigma* obtufum.

guianenfis. 1. RINOREA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 235. *t.* 93.

RIANA. *Petala* 10 ovata. *Cal.* 5 partitus. *Germen* villofum. *Stilus* carnofus. *Stigma* capitatum.

guianenfis. 1. RIANA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 237. *t.* 94.

CONOHORIA. *Petala* 5 incumbentia & tubum 5 lobum referentia. *Cal.* 5 partitus. *Stilus* flexuofus. *Stigma* capitatum.

flavefcens. 1. CONOHORIA. *Aubl. pl. guj.* 1. *p.* 239.

264. SIDEROXYLON. *Cor.* 5 fida: *Nectarium* (plurimis) fquamis 5. *Stigma* fimplex. *Bacca* 5 fperma.

* *inermia.*

mite. 1. S. floribus feffilibus corollæ nectario nullo. *mill. ic. t.* 299. *Commel. h. Anftel.* 2. *t.* 100.

inerme. 2. S. foliis perennantibus obovatis, pedunculis teretibus. *Dill. h. Elth. t.* 265. *f.* 344.

melanophleum. 3. S. foliis perennantibus lanceolatis, pedunculis angulatis, nectario nullo. *Jacq. h. Vind.* 1. *t.* 71. *Mant. p.* 48.

Mastichodendron. 4. S. foliis perennantibus lanceolatis, pedunculis unifloris, floribus nectario instructis. *Catesb. Carol.* 2. *p.* 75. *t.* 75.

fœtidissimum. 5. S. foliis suboppositis, floribus patentissimis. *Mant. p.* 49. β) Sideroxylum pauciflorum. *Jacq. fl. am. p.* 55.

cymosum. 6. S. foliis oppositis petiolatis, cymis compositis & decompositis. *Suppl. p.* 152.

sericeum. 7. S. foliis obovato-lanceolatis subtus sericeo-tomentosis, baccis ovalibus. *Walt. flor. carol. p.* 100.

** *spinosa.*

tenax. 8. S. subinerme, foliis deciduis lanceolatis subtus tomentosis, pedunculis filiformibus. *Mant. p.* 48. *Jacq. obs. bot.* 3. *t.* 54.

lycioides. 9. S. foliis deciduis lanceolatis utrinque lucidis. *Du Hamel arb.* 2. *t.* 68.

decandrum. 10. S. foliis deciduis ellipticis. *Mant. p.* 48.

spinosum. 11. S. foliis perennantibus. *Commel. h. Amstel.* 1. *t.* 83.

læve. 12. S. foliis ellipticis lævibus subperennantibus: spinis foliiferis, pedunculis unifloris. *Walt. flor. Carol. p.* 100.

BUMELIA. *Cor.* 5fida. *Nectarium* 5phyllum. *Drupa* 1sperma.

nigra. 1. B. ramis virgatis patentibus, foliis terminalibus oblongo lanceolatis glabris margine undulatis, ramulis floriferis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 49.

pallida. 2. B. ramis erectis, foliis terminalibus ellipticis obtusis, floribus confertis lateralibus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 49.

retusa. 3. B. foliis oppositis cuneato-ovatis retusis rigidis, floribus confertis axillaribus. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 49.

montana. 4. B. foliis sparsis alternis oblongis apice obtusis, floribus axillaribus pedunculatis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 49.

rotundifolia. 5. B. foliis suborbiculatis marginatis venosis coriaceis utrinque glabris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 50.

salicifolia. 6. B. foliis lanceolato-ovatis acuminatis, floribus confertis axillaribus lateralibusque. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 251. Achras salicifolia.

pentagona. 7. B. foliis lanceolatis acuminatis nitidis, floribus axillaribus, drupis pentagonis. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p.* 50.

MANGLILLA. *Cor.* rotata, 5partita. *Cal.* minimus, 5partitus. *Stil.* o. *Drupa* globosa 1locularis, 1sperma.

peruviana. 1. MANGLILLA. *Jussieu gen. plant. p.* 151.

265. RHAMNUS. *Cal.* tubulosus: squamis stamina munientibus. *Cor.* o. *Drupa.*

**spinosi.*

catharticus. 1. Rh. spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ovatis, caule erecto. *Regn. bot. t.* 315.

buxifolius. 44. Rh. spinis terminalibus, foliis ovatis integerrimis. *Poir. voy. en Barb.* 2. *p.* 127.

infectorius. 2. Rh. spinis annotinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, caulibus procumbentibus, foliis ovato-lanceolatis repando-serrulatis. *Mant. p.* 49. *Arduin. mem.* 1. *t.* 14.

lycioides. 3. Rh. spinis terminalibus, foliis linearibus.

oleoides. 4. Rh. spinis terminalibus, foliis oblongis integerrimis.

crenulatus. 41. Rh. ramulis spinescentibus, floribus dioicis quadrifidis trifidisve, foliis oblongis obtuse serratis sempervirentibus. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 263.

saxatilis. 5. Rh. spinis terminalibus, floribus quadrifidis nunc hermaphroditis nunc monoicis. *Jacq. fl. austr.* 1. *t.* 53.

theezans. 6. Rh. spinis terminalibus, foliis ovatis serrulatis, ramis divaricatis. *Mant. p.* 207.

pentaphyllus. 7. Rh. spinis lateralibus, foliis solitariis quinatisque. *Syst. nat.* XII. 4. *p.* 229. Rhamnus siculus. *Bocc. sic. t.* 21.

***Inermes.*

Sarcomphalus. 8. Rh. foliis ovalibus coriaceis integerrimis emarginatis.

hydriensis. 45. Rh. foliis ovalibus subdentatis, glabris subtus albidis. *Hacq. pl. carn. alp. t. 2. f. 2.*

myrtinus. 46. Rh. foliis ovato-oblongis integerrimis subtus lucidis. *Burm. ind.*

volubilis. 9. Rh. caule volubili, foliis integerrimis ovatis striatis. *Suppl. p. 152.*

scandens. 39. Rh. caule volubili, foliis subovatis undulato-serratis, floribus dioicis. *Walt. flor. carol. p. 101.*

carolinianus. 40. Rh. caule erecto, foliis lævibus oblongo-ovatis serrulatis subperennantibus, floribus hermaphroditis. *Walt. flor. carol. p. 101.*

tetragonus. 10. Rh. foliis ovatis integris glabris sessilibus, ramis tetragonis. *Suppl. p. 153.*

Micranthus. 11. Rh. foliis ovato lanceolatis obliquis pubescentibus, stipulis lanceolatis acuminatis deciduis. *Brown jam. t. 12. f. 2. an Celtis species?*

cubensis. 12. Rh. floribus hermaphroditis, capsulis trilocularibus, foliis rugosis integerrimis tomentosis. *Jacq. h. Vind. 3. t. 49.*

ellipticus. 13. Rh. floribus hermaphroditis, subtrigynis axillaribus umbellatis, fructibus trilocularibus, foliis ellipticis integris. *Brown jam. p. 172. n. 1. t. 29. f. 2.*

mystacinus. 42. Rh. floribus hermaphroditis trigynis, foliis cordatis, ramis cirrhiferis. *Ait. hort. Kew. 1. p. 266.*

glandulosus. 43. Rh. floribus hermaphroditis racemosis, foliis ovatis obtuse serratis glabris basi glandulosis. *Ait. hort. Kew. 1. p. 265.*

Sphærospermos. 14. Rh. floribus hermaphroditis racemulosis, baccis subrotundis trilocularibus pellucidis, foliis oblongis serratis glabris. *Swarts nov. pl. gen. & sp. p. 50.*

colubrinus. 15. Rh. floribus monogynis hermaphroditis erectis, capsulis tricoccis, petiolis ferrugineo-tomentosis. *Jacq. h. Vind. 3. t. 50.*

alpinus. 16. Rh. floribus quadrifidis dioicis, foliis ovato-lanceolatis glanduloso-crenatis. *Hall. hist. stirp. Helv. t. 40.*

pumilus. 17. Rh. repens, floribus nunc dioicis, nunc hermaphroditis, foliis serratis. *Mant. p. 49. Wulf. ap. Jacq. coll. 2. p. 141. t. 11.*

Frangula. 18. Rh. floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. *Flor. dan. t. 278. Drupa clausa ossiculis 4.*

lineatus. 19. Rh. floribus hermaphroditis, foliis ovatis lineatis repandis subtus reticulatis. *Burm. zeyl. t. 88.*

Alaternus. 20. Rh. floribus dioicis stigmate triplici, foliis serratis. *Kniph. bot. orig. cent. 7. n. 75. Drupa clausa: ossiculis pluribus.*

rupestris. 21. Rh. floribus dioicis, caule humillimo, foliis subrotundo-acutis integerrimis. *Vill. pl. delph. 2. p. 531.*

danuricus. 22. Rh. floribus dioicis, foliis ovato-acuminatis argute serrulatis. *Pall. it. 3. p. 721. Amm. ruth. p. 200. t. 33.*

Erythroxylon. 23. Rh. floribus dioicis, foliis lanceolato-linearibus subtiliter serratis. *Pall. it. 3. p. 722. t. I. f. 1.*

surinamensis. 24. Rh. foliis perennantibus ellipticis argute dentatis nitidis glabris. *Scop. del. insf. 3. p. 10. t. 5.*

hybridus. 25. Rh. floribus androgynis, foliis oblongis acuminatis serratis vix perennantibus. *Herit. sert. angl. p. 5.*

alnifolius. 26. Rh. floribus hermaphroditis, foliis ovalibus acuminatis serratis subtus reticulatis. *Herit. sert. angl. p. 5.*

latifolius. 27. Rh. floribus monogynis hermaphroditis: calicibus villosis, foliis ellipticis integerrimis. *Herit. sert. angl. p. 5. t. 8.*

prinoides. 28. Rh. floribus polygamis, stilo subtriplici, foliis ovatis serratis. *Herit. sert. angl. p. 6. t. 9.*

*** *Aculeati.*

Paliurus. 29. Rh. aculeis geminatis: inferiore reflexo, floribus trigynis. *Beol. h. Eyst. aest. 3. t. 9. f. 1. Gaertn. de fr. & sem. cent. 3. t. 43. f. 5. Drupa corticosa 3locularis.*

Lotus. 30. Rh. aculeis geminatis: altero recurvo, foliis ovato-oblongis. *Shaw. afr. p. 631. ic.*

Zizyphus. 31. Rh. aculeis geminatis: altero recurvo, floribus digynis, foliis ovato-oblongis. *Gaertn. de fr. & sem. cent. 3. t. 43. f. 4. Regn. bot. t. 63. Drupa 2locularis, 1pyrena.*

iguaneus. 32. Rh. aculeis geminatis: altero patente, racemis axillaribus monoicis, foliis nudis. *Commel. h. Amstel. 1. t. 73. an Celtis species?*

Spina Christi. 33. Rh. aculeis geminatis rectis, foliis ovatis. *Pluckn. alm. t. 197. f. 3.*

heterogeneus. 47. Rh. aculeis geminis simplicibus recurvis, foliis ovatis serrulatis trinerviis lucidis, pedunculis solitariis unifloris. *Burm. ind.*

32. Rh.

Nepeca. 34. Rh. aculeis subgeminatis recurvis, pedunculis corymbosis, floribus semidigynis, foliis serratis utrinque laevibus. *Rumpf amb.* 2. *t.* 42.

Jujuba. 35. Rh. aculeis solitariis recurvis, pedunculis aggregatis, floribus semidyginis, foliis retusis subtus tomentosis. *Rumpf amb.* 2. *t.* 36. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 43. *t.* 4.

Oenoplia. 36. Rh. aculeis solitariis recurvis, floribus aggregatis subsessilibus, foliis semicordatis subtus tomentosis. *Burm. zeyl. t.* 61.

circumscissus. 37. Rh. aculeis solitariis recurvis oppositifoliis, foliis oppositis bifariis obcordatis. *Suppl. p.* 152.

Numularia. 48. Rh. aculeis solitariis geminisque recurvis, foliis ovatis integerrimis, pedunculis corymbosis. *Pluckn. alm. t.* 197.

Xylopyrus. 38. Rh. aculeis recurvis, foliis ovatis subtus tomentosis, floribus corymbosis. *Retz. obs. bot.* 2. *p.* 21.

266. PHYLICA. *Perianth.* 5partitum turbinatum. *Petala* 0. *Squamae* 5 stamina munientes. *Caps.* 3cocca, infera, coronata.

ericoides. 1. Ph. foliis linearibus verticillatis. *Commel. h. Amst.* 2. *t.* 1. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 24. *f.* 7.

pubescens. 2. Ph. foliis linearibus acutis pilosis subtus tomentosis, floribus spicatis: bracteis villosis filiformibus. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 268.

eriophoros. 3. Ph. foliis linearibus subpilosis subtus tomentosis margine revolutis, capitulis terminalibus tomentosis. *Ait. hort. Kew.* 1. *p.* 268.

bicolor. 4. Ph. foliis linearibus pubescentibus, calicibus communibus corolla brevioribus. *Mant. p.* 208.

imberbis. 5. Ph. foliis linearibus obtusis scabris, floribus terminalibus. *Seb. mus.* 2. *t.* 49. *f.* 5.

stipularis. 6. Ph. foliis linearibus stipulatis, floribus quinquecornibus. *Burm. afr. t.* 43. *f.* 2.

strigosa. 16. Ph. foliis lineari-lanceolatis: ramorum glabriusculis; ramulorum hirsuto-subtrigosis, capitulis terminalibus solitariis sessilibus strigosis. *Berg. fl. cap.*

plumosa. 7. Ph. foliis lineari-subulatis: summis hirsutis. *Seb. muf.* 1. t. 23. *f.* 4. 5. *Gaertn. de fr. & sem. cent.* 2. *t.* 24. *f.* 7.

parviflora. 8. Ph. foliis subulatis acutis scabris subpilosis, ramis paniculato-multifloris. *Mant. p.* 209.

pinifolia. 9. Ph. foliis acerosis utrinque planis glaberrimis, floribus paniculato-racemosis. *Suppl. p.* 153.

spicata. 10. Ph. foliis cordato-sagittatis subtus tomentosis supra glaberrimis acuminatis pungentibus, spicis lanatis. *Suppl. p.* 153.

callosa. 11. Ph. foliis cordatis lanceolatis subtus tomentosis supra papillosis apice pungentibus, floribus capitatis villosis. *Suppl. p.* 153.

dioica. 12. Ph. foliis cordatis, floribus dioicis. *Mant. p.* 342.

cordata. 13. Ph. foliis cordato-ovatis patentibus, caule prolifero. *Commel. rar. t.* 12.

buxifolia. 14. Ph. foliis ovatis sparsis ternisque subtus tomentosis. *Burm. afr. t.* 44. *f.* 1.

racemosa. 15. Ph. foliis ovatis glabris, floribus simplicibus paniculato-racemosis.

CARPODETUS. *Cal.* 5dentatus, germini adnatus. *Cor.* 5petala. *Stigma* capitato-depressum. *Bacca* globosa 5locularis.

serratus. 1. CARPODETUS. *Forst. char. gen. p.* 17. *t.* 17.

267. CEANOTHUS. *Petala* 5saccata, fornicata. *Bacca* sicca, 3locularis, 3sperma.

americanus. 1. C. foliis trinerviis. *Commel. h. amst.* 1. *t.* 86.

reclinatus. 2. C. foliis ovatis integris multinerviis, ramis dependentibus. *Brown. jam. p.* 172. *t.* 29. *f.* 2.

asiaticus. 3. C. foliis ovatis enerviis. *Burm. zeyl. t.* 48.

africanus. 4. C. foliis lanceolatis enerviis, stipulis subrotundis. *Mant. p.* 342. *Pluckn. phyt.* 126. *f.* 1.

capsularis. 5. C. foliis ovato-cordatis acuminatis serratis, capsulis trivalvibus dehiscentibus. *Forst. fl. austr. p.* 18.

TURIA. *Flores* monoici. *Pomum* rotundatum, 10sulcatum, calice patente, stilo, stigmatibus, staminumque rudimentis coronatum.

cylindrica. 1. T. pomis cylindricis utrinque attenuatis villosis, caule volubili quinquangulari scabro, foliis palmatis. *Forsk. fl. æg. arab. p.* 165.

